



BON DE

LE III

127899







do
Donnes

it do
adren is las jernen

Witstand

Gellier

N° 34

Res sc c 127822
FRANCISCI
BOVSSVETI SVR-
REGIANI DOCTORIS MEDICI, DE
NATVR A AQVATILIV M
CARMEN,

In vniuersam GVLIELMI RONDELETII doctoris
Medici, & Medicinæ in schola Monspeliensi professoris Re-
gij, quam de Piscibus marinis scripsit historiam : Cum viuis
corum imaginibus, Opusculū nunc primū in lucē emissum.



LUGDUNI,
APVD MATTHIAM BONHOMME,
SVB CLAVA AVREA.

M. D. LVIII.

Cum Priuilegio Regis ad duodecim annos.

G. Guiana

fellay guy a fait cela

Extrait du Priuilege du Roy.

I L est permis à Maistre G V I L L A V M E R O N D E L E T docteur Regé en la faculté de Medecine à Môtpelier, & à l'Imprimeur ayât charge de luy, d'Impri mer l'histoire des Poissons, tant de mer, lacs,estangs,fleuves,que riuieres,recuillie par ledit, & à grâds diligences labours & frais auroyé fait grauer les figures, & fus icelles faits & descrits la nature proprieté & vsage desditz poissons , en plusieurs manieres & langages,pour estres plus agreables aux lecateurs & vtiles à la Republique. Et du consentement desditz auroit esté fait vn Epitome en succints Epigrâmes sus lesdites figures,côposées par maistre Fraçois Bouffuet docteur en Medecine , lequel Epitome ilz ont fait de nouueau mettre en lumiere. Parquoy ledit Seigneur,defend à tous libraires,Imprimeurs, tailleur de figures, dominotiers,& à tous autres: qu'ilz n'ayent à Imprimer ledit Epitome, pour traire, tailler, poucher , ni contrefaire lesdites figures, soit en plus grande ou plus petite forme, ensemble ni separément , ni faire en quelque langue que ce soit aucune traduction dudit lure, ni le rediget en autre Epitome en quelque langage que ce soit,sans le gré & consentement desdits. Et ce durant le temps & terme de douze ans, à compter du iour de la premiere impression. Et si aucun s'ingeroyé, ou fussent ingerez , les faire ou faire cōtrefaire en qlque maniere que ce soit, leur est defendu de la part dudit Seigneur en vendre,ni distribuer en les pays,terres,& Seigneuries sur peine de confiscation de tous & chascuns lesditz Liures , Figures , & Pourtraitz & d'autres grands peines & amèndes:& des dommages, despens , & interez des susditz: car ne veut ledit Seigneur en sorte que ce soit aucune chose estre faicté ni cōtrefaite sus lesdits Liures, Figures,& matières, par eux dressées & premieremēt mises en lumiere , qui leur soit preiudiciable,& que ce qui s'en fera cy après,veut que ce soit de leur gré & consentement. Et si aucun destourbier ou dommage leur en estoit fait,veut incontinent & sans delay leur estre reparé:comme plus à plein est contenu au Priuilege sur ce donné à Marchais le xxvij.iour de Iuin, lan mil cinq cens cinquante quatre. Et de nostre regne le huitiéme.

Par le Roy en son conseil.

De Lomenie.

Estant inseré le Priuilege,ou extrait d'iceluy en chascun desditz liures,est tenu pour suffisamment signifié à tous.

Et futacheué d'Imprimer le present Epitome le 22. Iuin 1558.



ILLVSTRISSIMO

Principi Carolo Cardinali à Lotharingia

Franciscus Bouffuetus

Surregianus

s.

Cum pictura oculos aliquando pascat inanis,

Interdumq; animos picta Pœsis alat,

Effigies rerum vera (clarissime Präfūl)

Mulcet plus præ se ponderis usque ferent.

Nam preter quam quod sèpè oblectare valebunt,

His etiam utilias iuncta frequenter erit.

Est nihil hic ficti, quales lata & quora gignunt,

Tales hinc vulnus (si lubet) esse putia.

Hoc hominis causa tantos Natura creavit,

Nil nobis aliqua ex parte deesse volens.

Proinde si imaginibus numeris si denique gaedes,

Hoc tibi de nostro carmine munus erit.





FRANCISCVS

Boussuetus Surregianus candido
& beneuolo Lectori.



VT cartha exili totus describitur Orbis,
Pictoris finxit quam tibi docta manus,
Sic opere hoc pisces omnes monstrantur in uno,
Quos Mare, quos fluctus, Stagna, Lacusq;
ferunt.
Namq; erit hic species varias spectare animantum,
Quae in liquidis Tethys magna coercet aquis,
Orcas, immanes ingentia corpora, Cetos,
Delphinos, Xiphias, carniuerosq; Canes,
Phocenas, vastos Pristes, dirosq; Dracones,
Murenas, Angues, præda auidosq; Lupos,
Trachuros, Triglas, Raias, Scombros, Melanuros,
Hyppuros, Fabros, Polypodesq; feros,
Iulidas, & Lamias, Squillas, Mullosq;, Asinosisq;
Vrsos, Mustellas, Pelamidesq; leues.
Congros, & Merulas, Miluos, pariterq; Locustas,
Et nigros Coracas pinna, Amiasq; simul.

A D L E C T O R E M

Quicquid tū Euphrates fuluis spectatus arenis,

Quicquid tū effusis continet Ister aquis,

Vltima quod Thyle, tū celeres videre Britanni,

Quicquid tū innumeris Africa gurgitibus.

Quicquid Arabs tota dubius spectatus Erithra,

Et mirata suo est Caspia porta sinu.

Deniq; peruvastum quodcumq; amplectitur aequor,

Hoc totum una libri continet ora mei.

Nam fusè Antiquis super his quæ scripta fuere,

Multisq; inter se dissociata locis.

Plurima concilians doctus Rondletius, ingens

Et verè eximum transtulit illa in opus.

Multa quoq; ille oculis vidit, quæ postea scripsit,

Quæq; videbantur posse carere fide.

Ergo virum insignem, doctos alioſq; secuti,

Nos nantūm paucis pandimus historiam.

Quippe ab eo (ut lubuit) quæcunq; accepta fatemur,

Illa citò numeris prensa fuere meis.

Vtq; nihil veteres merito fraudantur honore,

Sic ingens tanto est gloria parta viro.

Hinc ille aeternos non interiturus in annos

Vivit, tū est patriæ fama, decūsq; suæ.

Nec tamen ille etiam proprio cariturus honore est,

Qui studia in tantas contulit acer opes.

Qui nuper lepidis expressit multa figuris,

Et plura è veterum transtulit historiis.

Si bona

ELEGIA.

Si bona promeruit, Laus per me illum & sequetur,
Præmiaq; ampla ipsi, tñ digna laboris erunt.
Nulla & unquam ignavis, laus est tribuenda merenti,
Quiq; artes aliqua ex parte iuuare student.
Quod si proposuit quod quis sibi, non sit aii, us:
Et & vis scribentem deficit ingenij:
In præcepisq; agitur, quadam sub imagine recti:
Nec voti compos cernitur & seq; sui:
Virtuti tamen, tñ studiis incumbere honestum est,
Si tantum in magnis sat voluisse fuit.
Proin ne Musa ageret nil tanta per otia, in & una
Hac & visum neruos parte mouere meos.
Antraq; marmorei percurrere carula ponti,
Et spectare tuum (Prothee magne) gregem.
Glauco, tñ Panopæa, tñ Inoo Melycertha,
In falsis facies qualis habetur aquis.
Vtile ut aequoreis esset quodcunq; sub & undis,
Inq; hominum gratam cedere posset opem:
Omne citò humanos illud traheretur in & sus,
Eq; mari morbis præstò medela foret.
Nam postquā omnigenas numeris cōp̄edimus herbas,
Quaq; homines possent parte iuuare sui,
Restabat magna ut quæ homini ex animatibus adsūt
Versibus alternis exprimerentur opes.
Obtulit at quoniam nobis occasio seſe,
Quadrupedum tanti non mihi cura fuit.

At ſpero

A D L E E T O R E M

At spero antè dies paucos (modo vita superfit)

Quòd cedent numeris hæc quoq; cuncta meis.

Nec solum hæc, sed & incuruo quæ ventre mouentur

Per terram, inq; sinus membra reducta trahunt.

Quæq; etiam leuibus pennis per inane feruntur,

Sit licet hic ingens difficilisq; labor.

Forfitan hæc nobis deerit nec gloria prima,

Cum nondum à quo quis talia scripta sciam.

Quam mihi præripiens si quisquam inuiderit unam,

Haud dubiè magna mole solutus ero.

Vivuntum vero sub aquis, pariterq; natantum,

Hic pede nos veram inclusimus historiam:

Vixq; deest quod cuiquam hominū notum esse putemus,

Rem viuis pictam cernis imaginibus.

Quæq; alij haud facili, ingentiq; volumine tractant,

Certas sub leges esse redacta vides.

Addidimus vires, & ad id quod quidq; valeret,

Doctior ut viso carmine Lector eat.

Quò miscere sciat certis medicamina morbis,

Præsentemq; omnis sentiat æger opem.

Scilicet ista viris canimus, iuueniq;, seniq;

Fiat ut in quo quis prompta medela loco.

Hæc quoq; fæmineis poterunt prodesse cateruis,

Hæc si forte legens fæmina nosse queat.

Scribimus ista etenim paruis, minimeq; seueris,

Non tetricis illis, indomitisq; sophis.

Sive illi

ELEGIA.

Siue illi morbis forsan iactentur acutis,

Oblæsumq; genu, crûsue, pedemue trahant

Aut lippos habeant oculos, ceraq; fluentes,

Aut forte hulceribus membra prehensa malis.

Siue ijdem haud fuerint animo sed corpore sani,

Cunctæ funguntur munere membra suo.

Nulla quibus satis esse queunt, accepta videri

Nec possunt, Thimon qualis habendus erat:

Thimon Palladiis olim lapidatus Athenis,

Tales à numeris sint procul (oro) meis.

Commendant alia hic faciem tantummodo, quædam

Et caput, tū vultus, corpus tū omne iuuant.

Sunt oculis alia hic gratissima, maxima ventri,

Pars ori, tū stomacho congruit, atq; gulæ.

Diuersis diuersa placent: mihi pabula prosunt

E fluiis, riuis, eq; petita mari.

Auratæ, Scombri, Percæ, Rhombi, Soleæq;

Buglosi, Thrissæ, Julides, atq; Scari.

Phycides, tū Channa, Coliæ, Merulæq; Amiæq;

Ac Turdi, pisces innumeriq; alijs.

Omnia nam plures cedunt animantia in vñs,

Vti illis si quis cum ratione queat.

Prosunt nanq; homini multum si vñtatur: abuti

Non licet: hoc possent cuncta nocere modo.

Ecquid enim pane ad vitâ, aut præstantius vñua est?

Ille tamen stomachum deprimit, hacq; animum.

AD LECTOREM

Sed si mensura his, et si modus omnibus adsit:

Nil magis ex omni parte iuuare putem.

Omnia quippe hominis causa Natura creauit,

Nec voluit nobis esse nouerca parens.

Quod si quædam etiam multis nocitura videntur,

Hæc tantum ex nostra parte venire puta.

Humanum siquidem ingenium socordia fecit

Infirnum, ad tantas quæ tribuuntur opes.

Sic quo quisq; magè ingenij virtute iuuatur,

Hoc plus ille sibi profore cuncta videt.

Prudentes etenim longa experientia rerum

Reddit, firmatur cum ratione magis.

Sunt namq; instrumenta duo, quibus inueniuntur

Omnia, quæ nobis utilia esse queunt.

Quod si quisquam hominum fuerit priuatus utroq;

Impinget lapidi, ut cæcus, ut biq; pedem.

Nam veluti pueri caperent pro piscibus angues,

Pro grani stipulas, pro violis tribulos,

Scorpius haudq; illis fragili distaret ab ouo,

Haudq; à purpureis dira cicuta rosis,

Sic sic, rerum expers, excors, it ad omnia præceps,

Ad rem ni ingenium accommodet ipse suum.

Hinc multi exhausto in terram cecidere Lyæ,

Vt pecudes, habita non ratione meri.

Vidi qui quodam fructu aut radice vorata,

Non sibi constaret, sed raperetur homo.

Totusa

E L E G I A.

Totusq; infurias, vel tetra in somnia abi ret,
Nam quasi res præsens, qua moreretur, erat.
Lædere si quædam possunt, si offendere quædam:
Sunt animi frenis illa regenda tui.
Quem reum ratio, & longa experientia firmat,
Omnibus ex rebus præsidia ampla petet.
Omniaq; humanos poterit conuertere in usus,
Qualiacunque sient, haec ubique cunque sient.
Nec tam dira in aquis, terrisue moratur imago,
Ex re quam Medicus non putet esse sua.
Cuncta ergo veniunt iugi inquirenda labore,
Sic magnas studium suppeditabit opes.
Ut vero in genere, ac paucis pernoisse natantum
Virtutes, certa cum ratione queas.
Quæ referam memori sub pectori figito dicta,
Veraq; cunctorum norma sit ista tibi.
Omneis temperie Pisces sunt frigidore,
Vis & iis liquidis prouenit vda ab aquis.
Præcellunt alios habitant qui saxa, coquuntur
Nam citò, sunt succi participesque boni.
Et modicè humectant quasuis in corpore partes,
Carne nisi fuerint aridiore tamen.
Qui cæno viuunt, vel ubi in mare flumina currunt,
Perpetuò succi deterioris erunt.
Laude minus digni, qui stagna, lacusque frequētant,
Quantò pascuntur deteriore cibo.

A D L E C T O R E M

Ergò si reliquos spēctes, minime esse salubres

Hosce feres, prauos sic fateare licet.

Priuatim Capito, fuerit quando ille marinus

Suauis erit, coctu difficultisq; minus.

Haudq; mali idem etiam succi, sed sanguis ab illo

Infirmus, tenuis, satq; solutus erit.

Eiusdem clavis Lupus est, Mullus quoq; in alto

Nutritus pelago, durus at esse solet.

Hicq; friabilior reliquis, pinguedinis expers,

Suauis, adhac totum sat benē corpus alit.

Crustata humorem salsum, crudumq; propagant,

Quo fit ventriculum non satis ipsa iuuent.

E' quibus ut valde molli sunt Ostrea carne,

Sic quoq; per ventrem promptius esa meant.

Purpura, Spondylus, Chama, Cochlea, Buccina, & Vngues,

Omnia materia sunt validæ ista satis,

Sed ventrem cohibent, ægrèq; coquuntur: eo fit

Nomine, laudentur non satis illa mihi.

Dura alia id genus, & quæ sunt malaxata dicta,

Accedunt dictis viribus ante suis.

Gämarus ut potè, Cancer, Squilla, Locusta, Pagurus

Quippe aluum ut fistunt, sic male cocta manent.

Cunctorum quos testa tegit cremore mouemur,

Terrea sic ventrem Cochlea iure mouet.

Sed cum dura sient, & vix ægreq; coquantur,

Aptantur mensis, praua sed usq; iacent.

Frigoris

ELEGIA.

Frigoris immunes non sunt, nec habentur Echini
Inter eos pisces, qui bene corpus alunt.

Si tamen igne coquas, fuerint quod frequentius es,
Hosce tibi virinas saperemouere scies.

Sepia, Polypus, & Loligo, & tergore molles:
Duri ut sunt, coctu sic quoque difficiles.

Polypus in primis, sed si semel hosce domarit
Ventriculus, nostrum non male corpus alent.

Plani, Pastinaca, & Torpedo, mollis habentur
Et suavis carnis, sat subeunt quod citio.

Quin sat alunt, mensisque quadratus, propterea domatur:
Dura quibus Raia est, sed cute glabra magis:

Squatina quoque istiusque modi complura, coquuntur
Aegrius haec siquidem, sed magis corpus alunt.

Magni, Balanae, Thunni, Phoca, atque Libella,
Sunt duri, coctu difficileisque nimis.

Iudem participes crassae sunt in aterie,
Sed salibus sensim deperit illa tamen.

Tumque caro melior, stomachoquoque optatior, ac si
Tota in temperiem forte reducta fiet.

In summa, durae que sunt animalia carnis,
Duricie obsistunt ventriculo illa quidem:

Sed si victa semel fuerint, si denique cocta,
Firmum prestatibunt, & solidum esa cibum.

Hac si animaduertas, haec si sub corde reponas,
Nec fuerint oculis penè reiecta tuis.

AD LECTOREM

Pauli, & Oribasij, vel qui hos fuit antè, Galeni
Scriptis, inuenies consona nostra bonis.
Cunctorumque ideo sub aquis, pelagoque natantum,
Notio (ne dubita) suppetet ampla tibi.
Idq; magis si perpendas quæ deinde sequentur,
Quanquam sunt breibus cuncta prehensa modis
Nosq; noua hic minime excutimus, vetera omnia sunt: hæc
Debentur priscis dogmata temporibus.
Sunt antiquorum scripta hæc quæcumque virorum,
Nilque ausim numeros præter habere meos.
Nostri hi sunt, nemoque sibi illos arroget & nquam
Dumque etiam viuam, cumque sepultus ero.
Audio quid? noua scribimus, efficiimus noua: fingis?
An noua quæ antiquis complacuere viris?
Quæratio, & veterum consensus firmat auorum,
Doctorum celebres quæ docuere chori?
Quænam tam stolidam diuellit opinio mentem?
Anne nouas Leges condimus, & Canonas?
Absit: nos etenim veteres plerosque secuti,
Ac quos posteritas ingeniosa tulit:
Doctis haeremus placitis, miramur & ipsa:
Vtq; lubet nostro his & timur arbitrio.
Ecquid enim (quæso) nunc est quod non fuit antè?
Quodque alij ex aliis non didicere prius?
Quid non perdocuit virgnarus & bique Galenus?
Quidue olim Cous nesciit Hippocrates?

Paulus,

E L E G I A.

Paulus, Oribasius, multique è gente Pelasga
Doctores celebres, innumerique sophi?
Nanque sigillatim si nomina dicere vellem
Cunctorum, mihi lux non satis una foret.
Plurima Aristoteles docuit, magnumque Platona
Audiit, Hippocratem hic sapè: citatque senem.
Illum Discipulus Diuinæ gratia lingua,
Cui doctrina comes, mens, studium, arsque fuit.
In multis sequitur, scribitque docente magistro,
Rerumque abstrusas sapè requirit opes.
Ex his multa licet transcribere, querere multa,
Vnde homini utilitas magna, frequensq; venit.
Duitiae, laus, longæuæ solatia vitæ,
Corporis atque animi prompta medela tui.
Quod si qua extiterint veteres quæ præterierunt,
Aut parua, aut saltem rara fuisse reor.
Tu mea si temnis, quæ non mea pene legentur,
Aius à recto tramite factus eris.
Quantum spectat enim ad Pisces animantiam muta,
Hic poteris totam perlegere historiam.
Nam sic (ni fallor) librum coguntur in unum,
Ut nihil ex aliqua parte deesse putem.
Saltem deesse velim, quāquā mihi plurima desunt,
Ecquid enim Musa exilius (oro) mea est?
Nam quamvis facilis fuerit que abiecta quibusdam,
Et rodat numeros gens inimica meos.

Non

A D L E C T O R E M

Non tamen absitam (donec mihi vita manebit)

De literis aliquid promeruisse bonis.

Schyrra placet, pectusq; iuuant Heliconidos vnde,

Et iuuat hisce meum s^ep^e rigare caput.

Quod mihi si felix minimeq; sinister Apollo

Extiterit, votisq; adsiet ille meis,

Non sperata viris, raroq; audita canemus,

Forsitan t^u cæptis annuet usq; bonis.

Et nisi sim infausto, nec claro sidere natus,

Vim Musa ad tantas suppeditabit opes.

Ac spero huius ope, innumeris quæ abstrusa fuere,

Splendidiora breui cuncta futura die.

Omnis enim illectus rerum nouitate (nisi errem)

Lector, emet nostra hæc scripta, legetq; lubens.

Nanq; sibi exiguum librum modico ære parabit.

In tenero hunc igitur semper habeto sinu.



GABRIEL POMPONIUS CRESSENS
Auenion. in Franc. Boufueti Doct. Medici
Carmen.

Boufueti voluerint hæc & monumenta nepotes,
Talia permittent nullaque secla mori.
Nobis Ausoniis venit cœlestis ab oris,
Pallados interpres, nuntius atque Dei.
Inter conspicuos radians, velut heſperus alter,
Doctrina, eloquio, iustitia, atque fide.

JO. TURNELII CARMEN.

Qui volerit idque breui genus omne videre animantium,
Quæ maria & fontes stagna lacusque colunt.
Et magni tandem mentem nouisse Galeni,
Scripta Diſcoridis, scripta et Aristotelis:
Qua Paulus, docto docuit, quod Plinius ore,
Et versus Graios nosse, Opiare, tuos:
Quenam Nasonis fuerit sententia, quæq;
Ausonijs, a quoreis cum innat uterque iadis:
Quæq; etiam doctus libro comprehendit utroque
Rondletus, carthis Belon & ipse suis:
Innumeras et opes breuiter comprehendere Nerei:
Hac legat, et lecto carmine, doctus erit.

SUPER OPERE FRATERNO
CLAYDII BOVSSYETI
Epigramma.

Per celebres homines per scriptere dilecta multa,
Et pulchram de ipsis piscibus historiam.
Verum obscurè alijs res est tractata: alijs non,
Sed fuse: immensis nempe voluminibus.
At sic Franciscus noster, rem detegit omnem:
Innumeris ut sit nota futura cito,
Rem pictura refert, numeris natura patens sit,
Uſus, vis virtus, et Medicina tibi;
Hic monstrantur enim quacunque animantia latè
Innumeris fluctus, stagna, lacusque tegunt.
Quidquid in a quoreis viuitque, aliu[n]que sub undis
Quid breuius pingi commodiusve potest?

IN COMMENDATIONEM LVCVBI
TIONVM EXCVLTI POETAE NECNON
Medici perquam celebris D N. Francisci Bouf-
fueti Iacobi Sæcuriuagi Belgæ
Decastichon.

Francisci nomen Bouffeti fulget in orbe,
Cui Vatum lusus, cui Medicina placet.
Is siquidem numeris pisces exornat amœnis:
Quos pangit versus plebs studiofa probat.
Quam miram pisces morbis dent commoditatem,
Qua sit opus serie detegit iste liber.
Francisco dicas dulcis fauisse Camœnas
Bouffeto, cuius fama perennis erit.
Hunc igitur gratum clara breuitate futurum,
Hunc etiam doctum Lector habet o librum.

EIVSDEM IACOBI IN GRATIAM
D N. Bouffueti Decastichon.

Ars Francisce tibi Bouffete Poëtica nomen,
Quod nunquam pereat, culte Poëta, dabit.
Te studiis operam Musarum sàpè dedisse,
Quod nunc scripsisti testificatur opus.
Prædulci pisces hamo piscaris, & ipsos
Sic ornas, nihil ut cultius esse queat.
Piscibus è multis medicamina congrua dicitè
Seligis: hæc morbos pellere sàpè solent.
Es ratus: Medicus quoq; te fateamur oportet
Esse: tibi duplex est quoq; dandus bonus.

Eiusdem octostichon.


Nemo neget clara dignum te laude Poëtam,
Cui lepidos versus texere Musa dedit.
Ornasti vario Pisces Francisce lepore,
Ergò tuum cingat Laurea pulchra caput.
Esto, sint muti Pisces, nec dent tibi munus,
Munus erit scriptis laus tribuenda tuis.
Scilicet hæc vastum diffusa feretur in orbem,
Bouffeto partum sic erit usq; decus.

Eiusdem ad lectorem distichon.

Hoc piscator opus, cetarius hoc emat ipsum,
Hic vendit pisces, ceperat ille prius.

In detractorem.

Hic sibi Bouffetus multum quesuit honoris,
Dum Maris, et medicæ detegit Artis opes.
Fama viri siquidem totum extendetur in orbem,
Postq; etiam vita fata superstes erit.
Inuidia & stimulis gens hinc perculsa malorum,
Languet: et immenso victa dolore iacet.
Inuide quid prodest alienæ obsistere famæ?
Vindex ecce sui prodit et extat opus.



IN FRAN. BOVSSVETI SVRRE-
GIANI EFFIGIEM CLAVDII
fratris Hexastichon.

*N*on tam verna citò rosa marcescitve, caditve,
*Q*uàm bona Fortune, quàm citò forma perit.
*N*am velut umbra abeunt. ast, ô Franciscè, loquetur
*D*e temet, tua post funera, posteritas.
*C*umque breui externaè decedat gratia forme,
*T*umeliore tui parte perennis eris.

ET ERVNT PRAVA IN DIRECTA
ET ASPERA IN VIAS PLANAS.
LVCAE III.




I

FRANCISCI
BOVSSVETI SVRREGIANI
IN LIBROS GVLIELMI RONDELE-
TII, DE HISTORIA AQ VATILIVM
EPIGRAMMATA:

Quibus eorum natura paucis declaratur.

De Aurata. *Daurade*



*Pisciculis sese tu) Conchis Aurata saginat,
Maxillaque illos asperiore domat.*

A

*Vivit enim ex rapto, et duro prædam atterit ore,
Quando scari p̄scis ruminat illa modo.*

*Carne autem media est, origo accommoda valde,
Haudq; exors succi dicitur esse boni.*


*Verum non omnis precium, laudemq; meretur,
Sed cui solus erit Concha Lucrina cibus.*


*Si cui mel noxa est (nam mel non omne probatur)
Xp̄ Cōpus carne est vera medela sua.*

De eadem.

*Iudicium sit cuiq; suum de p̄scibus, horum
Si quando adfuerit copia magna tibi.*

*Xp̄ Cōpus εξ εφεσιών μη ταράλητε
Iudicio p̄scis nam valet iste meo.*



De Sparo. *Sparo*

*Carne quidem Spargus tener hincq; accommodus ori est
Elixus siquidem perfacile excoquitur.*

Conficitur nimirum agrè in sartagine frixus,

Nam succum absunit flamma aliena bonum.


Sumito, non respit virus, non noxius unquam est,

Carnibus urinas sed mouet ille suis.

A ij



De Cantharo. escavat



Cantharus (ut perhibent) sola pro coniuge certat,

Hancq; per aquoreas usq; tuetur aquas..

*Nec plures sequitur, vel amat, tantum appetit illam,
Iure sodalitij que modo iuncta fuit.*

*At plures videas hac tempestate maritos,
Qui iungunt thalamis scorta aliena suis.*


De eodem.

*Cantharus aquoreis plerumque in portibus, inter
Versatur sordes inficiturque luto.*

*Venit aquis etenim, cœnōq; stercore, quod fit
Carne quidem pisces deteriore siet.*

*Vitis enim succiq; mali est, præq; vda, sed aluum
Si quis ea utatur sapius exonerat.*

De Sargo. *Especie de nuge*



*Non una Sargus contentus coniuge plures
Dicit, et a quoreis sèpè vagatur aquis.
Ardet et infando caprarum illectus amore
Sapius, at misero causa fuere necis.*

De eodem.

*Sargus in a quoreo qui cæno littore vivit
Petor eo in liquidis qui ferè degit aquis.*

*Pro diuersa etenim ratione lociq; cibiq;
Inter se pisces euariare solent.*

*Abrupta idcirco Sargus qui saxa frequentat,
Succi alijs in se plus melioris habet.*

*Ergo ferè Aurata accedit bonitate, magisq;
Astringit, plurisq; est alimenti etiam*

*Carne etiam media censetur ad ariditatem
Tendente, assandus non ideo ille venit.*

De Sargorum Insania Oppia.

*Σαργοὶ δὲ αἰγεῖσι τῷθοις ἐπὶ θύμοντες στρίψον.
Αἴγειροι δὲ ἵμειροις ὄρδινοις δὲ βοτοῖσιν
Ἐκ τάγλως χαίρουσι, καὶ εὐάλιοι περέοντες.
Inuadit Sargos Caprarum mira cupido,
Qui madidi simas cupiunt tractare capellas,
Montanis gregibus, quamuis sint agmina ponti.*



De Melanuro. melanurus sorte
De poisson qui a une tache noire sur la queue




Carne quidem est molli Melanurus, & cavitur alga
Quo vivat, cæno pisciculisq; simul.
Hi potior, quantóq; cibus præstantior, illi
Tanto fit melior carne quoque ille sua.
Vincitur à Sargo succi bonitate, minúsq;
Nutrit eo, nec tam ventriculo iste placet.

De eodem.

Oὐ μὴ δῆ μελανύσπον ἀποιστέ), στὲν χύρτῳ
Πνῖδιως ἀπαλλή, στὲν λινοέργειι χόλπῳ.
Haud facile paruuus melanurus fallitur arte,
Nec curua capitur naſa, nec retibus amplia.

De Melanderino. *melanderin*




Forte Melanderini si quis te munere donet,
 Ille tibi Auratae more parandus erit.
 Namq; boni satis est succi, et laudabilis, atq;
 Carne ferè est media, non ita molli etiam.
 Ast auido cerebrum ipsius non ore vorato,
 Nam duros lapides in capite ille gerit.




De Coracino subnigro & Coracino albo.

Coracina Blanc sorte de poisson du nil



Coracina noir du nil



Fluminibus captos pisces prestare marinis

Credendum succi vel bonitate sui.

Reddit enim pingues aqua dulcis, et eluit illud

Nescio quod virus quod maris unda creat.

In Coracino apte id videas, nam gravior ori est

Et stomacho is, liquit qui vada salsa maris.

B

Fluetibus innatāq; & dulcibus vtitur vndis,
Pro certo fiet iudice lingua tibi.

De iisdem.

Humanos ne qua defint medicamina in vsus

Natura aequoreas hisce beavit aquas.

Nam Coracorum caro partibus addita dirus

Quas nuper læsit Scorpius, auxilio est.

Salsura amborum excutitur carbunculus ardens,

In quocunq; loco corporis ille fiet.

Fel vsum exacuit, lapidesq; ex vertice tracti,


Vt colicis prosunt sic quoq; nephriticis.

Sunt & qui ictericos credant curarier illis,

Si ferat in collo hos fæmina virq; suo.




De Vmbra

ombre; poison
de mer

In precio Vmbra etiam nunc est velut extitit olim,
 Diuitibus siquidem competit iste cibus.
 Eius enim caro suavis est, et candida, qua fit
 Album ius fieri qua et gelatina solet.
 In capite inuenti lapides conferre feruntur
 Arquato morbo, nephriticisq; simul.
 Quin etiam panos sàpè intestina Scianæ,
 Squammeq; exusta gnauiter excutiunt.

B ij

De Lato Late, es pesc
De poisson de mer délicieux à manger



Non Coracinis, non umbris bonitate alimenti

Nec cedit succi, crede, sapore Latos.

Suavis enim est carnis, quocunq; modo ille paretur,

Nobilium mensis dignus adesse virum.

De eodem.

Tὸν δὲ λάτον τὸ καλφὸν ἐν Ιταλίᾳ πολιυδεῖσθαι.



O Σικουλλάριος ἔχει πόρθμος, θάματον ἐδεσμα.

Arboribus fecunda Latum celebrem Italia gignit,

Terra sinu Scyllæo gratum et suave alimentum.



De Boope vtroque.

Bœuf marin*Bœuf marin*

Concoquitur facile elixus Box, digeritūq;
Nam quiddam quo fit siccior assus habet.


Hinc aliquando etiam agrotis conceditur, ille
Antiquis quamvis in precio haud fuerit.

At vero inter se his collatis undiq; disces

Alteruter quantum distet ab alterutro.

B ij

anchois, poisson De Mæna
De mer




Quamuis in precio fuere nullo
 Priscis temporibus, minūsq; gratae
 Manæ, eſſent quasi prauæ, inutileſq;
 At nunc hasce tamen boni effe succi,
 Et carnis mediae, putant & aiunt,
 Quidam & ſat facile abiuci per aluum:
 Conferre haudq; timent iſſe Cothos,
 Kō̄wras quoq; gobiōſq; dictos.
 Manarum in cineres caput redactum,
 Calloſas abolet fugatq; rimas
 Sedis ſi fuerit malo illitum apte.
 Manas ſi umbilico illinas ſalitas,
 Et tauri excipias easce felle,
 Ventrem (ne dubites) statim mouebis,

Aut constrictus erit nimis necesse est.
 Menas quisnam igitur neget salubres?
 Ni sit mentis inops? suo cuiq;
 Es& si fuerint loco, vel hora?
 An Natura homini parens nouerca est?
 Ulroq; illa suis amat nocere?
 Concessis modice utitor, juuabunt.

De Smaride.

Smaride; petit poisson de mer




Carne quidem succoq; Smaris succedere Menæ
 Dicunt, adq; eadem utrumq; valere putant.
 Sed caput exustum ex adipe ursinóq; coactum,
 Admotumq; malo, sanat alopecias.

Breme poisson
D'eau Douce]

De Pagro.

[pagre poisson de
mer



Carne quidem vili, cænoq; & vescitur alga

Pagrus, sepiolis pisciculisq; aliis.


Sat nutrit, stomachoq; satis, gratuſ; palato eſt,

Per ventrem vero ſegnius eiicitur.

Præcellit caput, & febres qua ſepè recurruunt

Emendat, que non pharmaca pontus habet?

De Erythrino.

Rouget

*Non crassam, non viscosam, laxam atq; fluentem,
Et duram carnem non Erythrinus habet.
Carnibus Auratae accedit, laudabile sanguen
Procreat, an nondum sunt satis ista tibi?*


Ex Oppiano.

Οἱ μὴ γαρ χθαμαλοῖσι ταράγηαλοῖς (τέμνει)
Ψάμμον ἐρεπόμενοι, οὐ δέ σ' εἰ φαμαδοῖσι φύον)
Γίπποι κόκκυγές τε θοοὶ ξεμθοίτε ἐρύζενοι.
*Non nulli flauam pisces in littore arenam
Mandunt, & terra quicquid nutritur in alta.
Hippi, Cocyges celeres, flauiq; Erythrinii.*

C

De Nouacula Piscē.

Poissen quon nomme vase il est
fort rare



Carne quidem tenera est suaviq; Nouacula piscis,


A' dorsiq; habet id nominis effigie.

In precio illa Rhodi est, illucq; frequenter habetur,


Nam nostro vix in littore conspicitur.

At pisce hoc uno ferrum perhibentur olere

Attacta, id fieri qua ratione potest?



Hepeate sorte de (De Hepato) poisson qui a une pierre dure au bout de sa tête.



Carne quidem media Hepatus est ceu Pagrus, & Vmbra,

Illeq; XeūCopus more parandus erit.

Felle caret, bilemq; in se non gignit amaram,

Sed lapis in summo vertice durus inest.

De eodem.

Serratos habeat cùm dentes hepatus, illum

Inter carniuoros annumerare decet.


Vivit enim ex rapto, & teneris se piscibus explet;

Sic magniparuos sèpè vorare solent.

C ij

thon
De Synagridē & Synodonte.

, *thon*, poisson de mer



Si quando pīscem mandis Cūbōnīa caueto,

Nimirum lapides in capite ille gerit.

Nam mihi cum sola distent ētate Synagris

Et Synodon siet hic maior, at ille minor.


Synagridōs gemmis gemmas Synodontidas ergo

Anteferes, aliquas si bonitate valent.

De Aca

De Acarnane.

acarus. sorte de poisson de mer dont la chair
est bonne à manger



Carne quidem media, dulciq; & candida habetur

Atq; boni succi est, & benè Acarnus alit.

Nam facile in stomacho coquitur, sanguénq; probatum

Producit, tales hos mihi semper amem.

De eodem.

Scribit Aristoteles piscem macrescere Acharnam

Nonnunquam, & stius & tpose temporibus.

Num causa est ingens tant & macredinis astus?

Num vero is quo & nos extenuamur amor?


Soluitur omnis enim nostra haec substantia & utroq;

Sed veneris maius pendet ab igne malum.

C iiij

De Chromi.


*Chrome. Sorte de poisson, qui
a degrosses et de dures pierres
sur la tête*



Humidior $\chi\sigma\mu\pi$ s est, fitq; hinc optatior assus
 Ac melior, vili sit licet in precio.
 Aestate excellit, doleat cum tempore brumæ,
 Nam duros lapides in capite ille gerit.
 Maiorem ergo $\chi\sigma\mu\pi$ s sumes, sed tempore messis,
 Nanq; $\chi\sigma\mu\pi$ s tum fit pinguior & melior.
 Archestratus enim talem vult esse, tametsi
 Immundam, & rectè, Naso poëta putet.

De Mormyro.

Si mormire espece de poisson



Mormyros in precio non est, haudq; extitit vñquam,

Nam ceno terra vñuit, oletq; lutum.


Humidiore etenim carne est, miniméq; saporis

Laudati, famulis esca sit ista meis.




De Salpa.

merluche; poisson de mer



*Salpa mali succi est p̄scis, minimeq; palato
Respondet, confert ventriculo inde minus.
Delectetur enim cum stercore, vnuat & alga,
Plenus erit succi qua ratione boni?
Nam si nos ex his simus constemus & illis
Vnde alimur, succo predita Salpa malo est.*

Stromatee et poisson (De Stromateo.) a peu près comme
La mer lache pas fort bon à manger



Stromateus Salpæ quodam modo pisces habetur,

(Vt multi dicunt) effigie assimilis.


*Nos utrung^b damus nisi quid me fallit imago,
Iste peregrinus sed mihi pisces erit.*

D



orphe; sorte de
poisson de mer

De Orpho.




Si conuiua tibi fortasse adponitur *Orphus*,
Ne stomachum exficies, difficile excoquitur.
Nam crassum gignit, lentumq; in corpore succum,
Sic puitosos agrauat iste cibus.



De Caprisco.

Caprisque; espece de poisson




Firmo Capriscum usque adeo Natura beauit
 Tergore, ut id ferri respuat omnem aciem.
 Prætereà hunc firmis armavit dentibus, illi
 Sunt ea in hostiles arma tributa feras.
 Dura autem carne est, resipit quæ virus odore,
 Et sub tam duro cortice molle quid est.

D ij

De Apro.

Sanglier, poisson de mer fort rare




*Horrificos tantum Tellus ne gigneret Apros,
Non nullos tales unda marina creat.
Rarus enim inuentu est. Archestratoq; probatur,
Ergo sua hic quoq; erit laude ferendus Aper.*



De Scaro.

Scare; sorte de poisson qui rumine il se tient dans de rochers



Carne quidem mollis Scarus, estq; friabilis idem,

Propterea in stomacho per facile excoquitur.

Eius olen ipsam violam intestina, bonumq;

Censere eiusdem secula prisca iecur.

Euchimi est pisces succi, & facilem efficit aluum.

Inter præcipuos proin munerandus erit.

De eodem Oppian.

Καὶ σκαρόν, ὃς δὴ μένος ἐν ἵχθυῖ πᾶσιν ἀνάδοις

Φθέγξει) ἵκμαλέιν λελαγώ, τε μένος ἐδεδίνω

Ἄφορρον προΐντιν διὰ τόμα, δεύτερον ἄνθις


D ij

Δαινύμδηος μάλιστρη ἀνατολή ων ἡ θάρση.
Incuruos Scarus hic scopulos, & saxa frequentat,
Qui mites inter pisces clamore tremendo
Intonat, & solus pallentes ruminat herbas.
Ac veluti pecudes reuocat sub guttura pastum.



De Scaro vario.

*Scare, autre espece de poisson de fort
bon gout et dont la chair est tendre*




*Hic Scarus à primo effigie ceu distat, itemq;
Nomine, sic differt nil bonitate sua.*

*Carnis enim tenera est, & suavis, & utilis ori,
Teneundos igitur quis putet esse Scaros?*


De eodem. Mar.

*Hic Scarus à quoreis qui venit obesus ab undis,
Visceribus bonus est, cetera vile sapit.*



De Cynædo.

Cynædo; sorte de poisson dont la chair est
bonne pour les malades.



Censetur mollis, tener, atq; friabilis esse

Alq; hinc succo præq; ualere suo.


Lenit enim ventrem, succum gignitq; probatum,

Hac itaq; agrotis esca salubris erit.



De Merula.

merle, sorte de poisson




*Inter eos numera Merulam qui saxa frequentant,
Aegris conueniet carnis ergo suis.
Aera siue igitur Merula siue squora tranent,
Landandæ venient iudicio usq; meo.*

E



De Turdorum generibus.

~~Et~~ differentes especies de grives poissons demer
1ere espèce



*Nec tantum in vacuo volitarent aethere Turdi,
Natura aquoreas hisce refarcit aquas.*

*Qui viuunt meliore cibo, saxa aspra frequentant,
Non illi redolent vile proinde lutum.*

*Nam quo versantur pisces melioribus condis,
Hoc certe succi plus bonitate valent.*


De superiori Turdo.

Carne quidem *hic* *Turdus tener atq; friabilis est, sed*
Elico assus fit (crede mihi) *melior.*

Humiditas etenim exuperans absumitur igni,
Quam nimia haud dubie conciliaret aqua.


Ergo etiam hunc aliqui laudant sartagine coctum,
*Sæpe tibi talis *Turdus edendus erit.**

E ij



De secunda Turdi specie.

a^e especie, degriues.




Ceruleo ex viridi perfusus terga colore est,
Qualem Pauonum colla superba ferunt.
Ergo tibi hic, Pauo dicetur nomine, Turdus,
Aptius huic aliud quod magis esse potest?
Carne quidem molli, tener atq; friabilis est. sed
In se lensoris nonnihil unus habet.



De tertia Turdi specie.

3^e especie, de grives.



Quid magè diuersum hoc pisce est? varioq; colore

Depictum? quid nam pulchrius eſe potest?

Nanq; in eo varias ſparſit Natura figuras,


Vt dicas, illi in pisce, fuſſe iocum.

E iiij



De quarta Turdi specie.

4^e especie, de grives




Hic bonus est veluti et pisces qui saxa frequentant,
 Quandoquidem facile in ventriculo coquitur.
 Eius enim tenera est carnis substantia, quo fit
 Esus lentoris gignat ut iste nihil.
 Per squamas varia est species diffusa colorum,
 Pinna viret, fuerit Psittacus ergo mihi.



De quinta Turdi specie.

5^e especie de grives



Aureus huic Turdo color est, argentea ad ipsam

Ex oculis caudam linea ducta iacet.


Indiuisa subest utero pinna, in reliquis, par

Gobius est Turdo flauus, at hic melior.



De sexta Turdi specie.


6^e espèce de grives,



Turdos Terra sibi parit frequentes,
 Pingues, & teneros, boni quod succi
 Illos, quosque mihi deesse nolim:
 Quos nec candidulis meis amicis,
 Illis cum pituita fit molesta.
 Si Turdos aliquot tamen marinos
 (Quorum esse hic varias vides figuras)
 Evastis veniens viator antris,
 Huc (Neptune) tuis, modo afferat: vel
 Dono det mihi, spreuerim haud ego illos:
 Sed partem ipse bonam mihi relinquam,
 Partemque ipse etiam meis amicis.
 Quod mandunt homines olet graue omne,
 Sed quod dant homines olet suave.

De septima Turdi specie.

7^e especie de grives



Est alio Ceris facilis, stomacho optima, quippe

Cum carnis tenera sit, facile excoquitur.

Eius at incrassat liquor, atq; abstergit (ut aiunt)


Qua tergit gratus fit mihi parte magis.

F




Octauum Turdi genus.

8^e especie de grives




Nonum Turdi genus.


9^e especie de grives




Decimum Turdi genus.

10^e espece de grives

Undecimum Turdi genus.


11^e espece de grives

Duodecimum Turdi genus.

12^e espece de grive

Fij

De Iulide.


julide, sorte de poisson

*Carne quidem Iulis fragili, teneraq; videtur,
Iure autem ventrem lubricat esa suo.
Laudati magè fit succi si saxa frequentat
Abdita:nec portus, littoraq; ipsa subit.*



De Perca.

Perche, poisson deau douce



Carne quidem molli, & fragili, succiq; probati

Perca est, succo alum ducit & ipsa suo.

Illiis ergo caro agrotis conceditur apte,

Nisi et à nimia frigiditate malum.


Quod verò sequitur Melanurum Perca frequenter,

Causa sodalitij qua istius esse potest?


F iij

De Channa.

Channey sorte de poisson de mer dont la chair est
assez bonne




*Concipit ex sese gemino fraudata parente,
Carne satisq; bona est Channa marina sua.
Affa igitur si quando tibi apponatur, edaisque,
Disces quod stomacho tota sit apta tuo.*



De Phycide.

phycis, Sorte de poisson qui est Blanc en tout autre temps quau printemps pendant lequel il est de plusieurs Couleurs.



Inter saxa solet Phycis versarier aspra,

Depascens muscum, pisciculosq; leues.


Proin tibi si coctum apponant, recteq; paratum,

Præstantem inuenies vel bonitate sua.



De Anthiæ prima specie.

*1. eue
espece d'anthie sorte de poisson de
mer*




*Anthias excretu est facilis, stomachoq; suavis,
 Nimirum succi dicitur esse boni.
 Irretitus iis que non videt utitur armis,
 Exerit et vires qua valet arte suas.
 Nam filum abrumpit preducta robores pinnae,
 Sic tandem euadit calliditate sua.*



De Anthiaæ secunda specie.

2^{da} especie d'anthie




A'ntiaæ ap' yenos carnis teneræq; boniæ,
Est succi:hinc aptus ventriculo, atque gulæ.
At mire si lustres, visasq; vada aspera Nerei,
Inuenies nullum candidiore cute.

G



De Anthiæ tertia specie.

3. Espece d'anthie



Partibus internis reliquis qui saxa frequentant

Hic par est, vario persimilisq; Scaro.


Carne autem tenera, et fragili, siccâq; videtur,

Gustus enim hunc succi indicat eße boni.



De quarta Anthiae specie.

4. Espèce d'anthie




Eὐωπὸν Graī hunc pīscem, Αὐλωπόνε vocārunt,
Quōdque cauis oculis sit, videātque procul.
Intendit cauitas radios nimirum oculorum,
Contrà fit si cui lumina promineant.

G ij



adonis; poisson
vient dormir (De Exocæto.) de mer qui
sur le rivage




Ἄλλοι δὲ ἔχοντες φίμους, οὐδέ τις καὶ ταῦτα

Ἐξός ἀλός τιθεται, μάγνος δὲ πικρός οὐδὲ μεῖζος.

Multi Exocætum dicunt, quod profilit cunctis
In littus, sicca ponens Tellure cubile.

De Gobione.
Goujon; petit poisson.




*Gobius & muscum, simul & depascitur algam,
In qua sapè etiam nidificare solet.
Est autem carnis macræ, atq; friabilis idem,
Ergo illi est succi copia pauca boni.
Inter saxa tamen versantem, carne Diocles
Iudicio mollem rettulit eße suo.*

G ij




De Gobione nigro & albo.

goujon noir



goujon Blanc



Gobius obscuro perfusus membra colore

In saxis vniuit, littoribusq; maris.

Hinc ferè sordicie capitur cœnōq; refertus,

Nam subigit sardes, inficiturq; luto.

Albus enim est aliis, qui quamvis corpore parvus,


At reliquis cedit non bonitate tamen.

Accedunt Percis, ex his parviq; coquuntur

Per facile, & nullo tempore virus olent.

Scorpion (De Scorpio & scorpænna.) *Scorpenæ*
Sorte de *Sorte de poisson*
position

55



Scorpius ex tenui elixus sumatur aceto,

Affus enim semper durior esse sotet.

Iure aluum soluit, vino coctusq; meraco


Contrà fit panos utilis impositus.

At Scorpæna quidem effigie non distat ab illo,

Nam solo dispar vna colore suo est.

De Scorpioide.


Scorpioide especie de poisson.



*Haud longè à dicta nobis hic distat Alauda,
Et lœuore cutis, carnibus & proprijs.
Namq; eadem dicas quòd sit substantia carnis,
Et mucco, & salsa in littore, vivit aqua.*

De Galerita.

alouete. ~~Thunne~~, ~~Aloue~~ de poisson




Hic tibi cristatam quam nos monstramus Alaudam
 Carne quidem mollis et minimi precij est.
 Nam cum mole sua digitum non amplius unum
 Excedat, vel eo nomine spreta iacet.

H




De Alauda non cristata.


~~alauda / m. c. t. e.~~



Et mucco hæc Aphyis, & salsis vescitur vndis,
 Est quoq; nullius, & el precij exigui.
 Empetron ad pella, saxis nam se avdit, acuto
 Ut petuit nantum mordicus ore pedes.
 Sic quos sapè timet, sapè hos inimica fatigat,
 His ea in insidias vtitur insidiis.



De Pholide.



Totus perpetuò hic p̄scis mucco scatet vdo,

Hinc vnde molis temperie est propria.

Rarò ergò veniet nostræ hic in fercula mense,


Sifpuita mihi forte molesta siet.

H. ij

convenit regi hinc in aqua vno. Plaice is nillone,
vnguis quod deo p̄catis dicitur bulli. Hinc
resumai singulj. Vnde p̄t in una q̄d ibidem al-
lii artificiis vnguis inveniuntur vno. E



*De Aphya vera. poisson blanc
A commun appelle meslan*



Ex spumis Aphya, & limo, plerunque creatur,
Hac ideoq; A pp̄os fertur Aristoteli.
Ut citò nata fuit, citò sic quoque nata fatiscit,
Piscibus estque etiam præda, frequensq; feris.
Mollis ei tenuisq; caro, parue indiga flammæ,
Hinc illud grauis dictum, idc wūp àqūn.
In vili præcio est, flatus & gignit inanes,
Et succo humectat corpora nostra suo.

De Aphya Cobite.

*De Aphya cobite**Beaffera**Vox*

Ex Gobionum procreatur semine

Hic paruulus piscis vocatus Cobites,
Ex libis nimirum iisce ex Gobijs,


Qui paruuli, vilesq; sunt proin paruulis
Ex piscibus ceu procreatus constitit,

Sic Gobiones procreare ex se quoque,
(Ni procreandi forte vim illis eximas)
Pares sibi, eiusdemq; natura potest.
Cum ceteris succum grauem dat corpori.

H ij




De Enchrasicolis.



Heus Enchrasicolos si quis tibi mittat, amarum
 Tolle caput, multum fellis enim illud habet.
 Consuērunt sale condiri, inq; garum resolutos
 Afferuant, veterum mos fuit iste frequens.
 Non nulli crudos etiam cum oleo, atq; selino
 Mandunt, o quantum est ingeniosa gula.




De Aphyta phalerica.



*Sardinis forma accedit pinguedine mira,
Supplet nanqz vicem in Lampade sepe olei.
Mollis enim est, digitis crebroqz liqueficit in ipsis,
Larga etiam hunc vilem copia sepe facit.*




De Aphya Mugilum.



Credit Aristoteles fæturam hunc *Mugilis* esse,
Fit quoque is è limo terræ, & arena etiam.
Exiguus vero est, si nescis, piscis: habetur
Propterea à multis exiguo in precio.



De Belenno.




Quod capiti adiicitur, toto de corpore demptum est,
Namqu caput piscis grande Belenus habet.
Insipida & vndeque est carnis fatuique saporis,
Nec poterit ventri hinc nec placuisse gulæ.
Eiusdem cinerem renum medicarier aiunt,
Vesicæque malis, atterere & lapidem.

I




De iis qui E^r̄moi vocantur.



*Pisciculo Hepseto sunt lumina magna tributa,
Piscibus anne alijs plus videt?anne minus?
Nimirum peiora solent maiora videri,
Si verum, Hepsetus non satis ipse videt.*



De Atherina.



Carne satis sicca ut media est Atherina, nocentes

Nec gignit flatus, nam facile excoquitur.


Hinc fuerunt medicorum aliqui prescribere coctam

Hanc cum oleo agrotis, sic nocet esa nihil.

I y



Sardine poisson De Sardinis. de mer




Cum muria Sardina duos seruatur in annos,
Fitq; garum hinc, toto corpore felle caret.
Quare aliqui cum oleo & sale purgata integrum in olla,
Craticula vel eam si voluere coquunt.



De Membrade.

c'est un poisson de mer demander



Membrades exiguis similes censemur Alofis,

Sunt tamen Sardinis effigie similes.

Gallis esse putat dictos vulgo Celerinos

Rondletus princeps in maris historia.

Hanc quoque formam illis solers adpinxit, eo fit


Lectorem ut firmet res adaperta magis.

I iij



De Thrissa.

cest un poisson de sel très déposé.



Thriſſa boniſatis eſt ſucci, cum pinguit:ori

Nec ſtomacho ingratum, nec nociturum epulum.


Scilicet ut patrias ſedes, pontumq; reliquit,

Dulciq; innat aqua, nam ſatis illa placet.



De Harengo.

*cest un poisson qui fait une orange aux autres den
mer*



Conditi muria totum seruantur in annum.


Indurant fumo sèpè etiam hos aliqui.

Tum leuiter passi prunas manduntur, orexim


Nanq_b mouent, fumo quis prius hosce dedit?




De Sphyrænae prima specie.



Σφύραιναι δολιχαι sunt siccæ suntq; suaves,
 Persimiles carnes his vel Asellus habet.
 Cestræ atq; Sudæ dicunt, de nomine nusquam,
 Sed potius de ipsis lis mihi rebus erit.



De Sphyræna parua.




*Altera succedit forma Sphyrena priori,
Mollior at multò est carnibus ipsa suis.
His qui saxa colunt maiori ex parte propinquat,
Grata magis fit eo nomine crede mihi.*

K



De Acus prima specie.

1ere Espece aiguille poisson de mer



Carne Raphis dura & sicca est, tamen esa benignum

Producit succum, at non facile excoquitur.

Ergo ventriculum fuerit si nacta potenter,

Quis dubitet quin det tum solidum illa cibum?

De eadem.


Carne Raphis solida & dura est, agréq; domatur

Cocitura, succi sed tamen usq; boni est.

Si siet ergo semel stomachum virtute valentem,


Et calidum ventrem nacta potenter alet.

De Acus secunda specie.
2^e espèce d'aiguille




Cortice vellatur duro, *minimeq; probatur,*
Quod toto minimum in corpore carnis habet.
Tam verò firmū est tergus, validūmq; bipennis.
*Vix ut in id cæsim *pulsa* frequenter eat.*


K ij




De Sauro.



*Carne sua Saurus Scombris accedit, & omni
Parte illa, haud dubie, posteriore sua.
Ast Acubus rostri effigie formáue propinquat,
Piscem ergo his similem, dissimilemque vides.*



De Trachuro.




*Scombro carne velut magis est caro sicca Trachuro,
Sic sane haud &què in ventriculo excoquitur.
Proin quoties teneri fuerit mihi copia Sombri,
Non aliqua tanti parte Trachurus erit.*

K ij




magueveau poisson De Scombro. de mer



Vere quod incipient Sombri pingue scere primo,
 Vere apti fient illi ineunte gulæ.
 Os nec enim ladanunt, nec acutis guttur aristis
 Offendunt, spinis hæc caret esca malis.
 Suavis adhæc, gratiæq; aprilij mense saporis
 Censentur, spretos nec nisi stultus habet.
 Hos coquus ergo mihi si tum mediocriter aſos
 Cum butyro adponat, prætulerim reliquis.
 Iudicium sit cuiq; suum, sua quisq; sequatur,
 Vere mihi Scomber semper amicus erit.

De Colia.



Deterior Sombro Colias, quia durior illo est


Carne sua Scomber, pinguior & melior.

Proin Colian pescem nemo unquam apponat edendum,

Quando mihi Sombri copia mollis erit.



langu. poisson qui croit. De Amia. presque a une queue.



Inter eos pisces Amiam numerare memento,

Molles & qui sunt carne sua, & teneri.

Semper amabo Amiam proin, mi ceu semper amicam,

Autumnique magis tempore, quando valet.

Ecquis enim teneros pisces succiique probati

Despiciat? nisi sit consilij omnis inops?

Opp. 3. ἀλιευτικῶν.

Λαγύηραι δὲ ἄμια, καὶ ἀλώπεκες, οὐ τὸν ἔχων),

Εὐφὺς δὲ ωσταλίδες (ποφθαδόν, αἴψα ἃ μέσαν

Ορμίλων τὸ δελτίδειτραγον, ἢ ὃ καὶ ἄκρας

Χαῖτες, τὸν εναγράτη (εχαλκόν (νθ' ἀλιῆς

Καυλὸν ἐπὶ ἀγκίστρῳ δολιχώτερον, ἀλγος ὅδοντων.

Sapè Amie celeres, & Vulpes fraude reuincta


Præueniunt summas morsu confringere setas.

At pescatores longam, ex qua pendeat hamus,

Conficiunt virgam, dentes quæ arrofa retundat.

De Pelamyde vera siue Thunno Arift.

jeune hom qui ne passe pas un an poisson de mer,



Carne quidem pingui est Thunnus, pariterq; suavi,

Ergo quis succi hunc iudicet esse mali?


Post Autunnum fit melior, nam tempore ab illo

Desit ostro omni membra grauante premi.

L




jeune thon appelle De Pelamyde Sarda. Lardine.



Pelamydi veræ effigie, signisq; quibusdam
Accedit, verum est hæc bonitate minor.
At non pisciculum esse puta hunc, qui nomine Sarda est,
Esse mihi veterum Sarda negatur idem.




Honi gros poisson De Orcyno. Je me



Orcynus pescis durus, pinguisq; sapore est
Acris, adhac succo & carne melancholicus.
Esu Emorrhoidas mouet, an nigram quia bilem
Auget? an acrore id prestat, agit ve suo?

Lij


Sorte de poisson De Pompilo. semblable au thon



*Tompsonus Epopoeo quanti nusquam emerat alter
 Constitit, hic precium namq; éruoris habet.
 Traces enim dijs piscem hunc Neptunóq; dicárant,
 Dignaturq; sacro nomine Callimachus.
 Quid causæ? naues quoniam deducere suérit
 Ex pelago ad portus, & locum ad usq; suum.*



De Xiphia.




*Candidiore sane xiphas quam Thunnus habetur
 Carne sua multo, nec bonitate caret.
 Suavis enim ut cunq[ue] est, coquiturq[ue] ingesta, sed agre:
 Ast in ventre semel cocta, potenter alit.*

L iij




Sorte de poissone De Glauco.



In natos Glaucus miro ex arde scit amore,
Dum solidi siant, namq; tuetur eos.
Nunc à tergo igitur sequitur, nunc anteit omneis:
Certas perq; vices ad nat utrumq; latus.
Alba caro pinguiq; illi est, eademq; suavis,
Interiore sua sed magè parte valet.




De secunda Glauci specie.



Γλαυκίδιον Glauci est species, quid distet ab illo
Disces, si spectes interiora etiam.
Hic septem in dorso spinas incuruat acutas,
Quæq; gerit nullo tempore tela videt.




De tertia Glauci specie.



Ceruleo hic piscis perfusis terga colore,
Glauci etiam dictus nomine iure fuit.
Carne autem est dura pinguiq[ue], ideoq[ue] suavi,
At veri iudex lingua saporis erit.



De Hippuro.




Ex minimis magnos confestim euadere pisces
 Hippuros vera fertur in historia.
 Sarcophagósq; aiunt subitos & adesse periclis,
 Quum ruit in mediis naufraga puppis aquis.
 Persimiles multi subito, atq; repente beati,
 Cum fastu insultant, officiuntq; bonis.
 Carne autem pingui piscis pariterq; suauis est,
 Sed cum hac, sicca siet difficile excoquitur.

M




De Seferino.



Inter cœruleos etiam hunc numerare memento,
Nam legitur dorſi tergore cœruleo.
Inferiora color, velut aluum, argenteus ambit:
Vnius hec vera est corporis effigies.
At Glauco pisci parte interiore propinquat,
• Nimirum carne est suavis uterq; sua.



De Fiatola.



Piscibus hic quoq; ceruleis adiungitur unus,

Ceruleo dorfi tegmine quo tegitur.


Candor ei ventrem, tingit quasi purpura labra,

Carne autem Glauco mollior ipse sua est.

31 ij



meunier sorte de De Cephalo. poisson




Tam Cephalus stupido sensu est, ut si caput ab das
Ex omni corpus parte latere putet.

Cæno & aquis vivuit, cæni resipit q, saporem
Coctus, iudicio nec valet ille meo.

O Cephale ô Capito, sic nanq, vocabimus illum,
Cui caput & magnum, sed sine mente caput.

De Cestreco.



Cestreus est ipsi Cephalo forma effigieq;

Per similis, capite est hic breuiore tamen.

*Huicq; minus caro quam Cephalo est et pinguis, et alba.
Sed paulo ipsi plus humiditatis inest.*

Huius ventriculus furni siccatus ab astu,

Vel cinerem inuersus, presidium est stomacho.


*Felle oculis (si quae hos laedit suffusio) confert,
Et gerit in cerebro pharmaca mira suo.*

Nam quos reppereris lapides operatus in illo,

Nephritim excutient comminuentue tuam.

M iiij

Sorte de poisson des eaux. De Myxone. *Type des mulet.*




*Accedit Myxon vultu, effigiéq; priori,
Et parte hic par est interiore sua.*

*Carne tamen magis est viscosa, proinde videtur
Ille mihi melior, præq; ferendus erit.*




Chelone. sorte de

De Chelone. poisson de mer




Dicitur hic p̄scis grācē χελώντε, χελώντε,
Nam à crassis labris, nomine Labrus erit.
Accedit forma Cephalo, facieq; sed ille,
Ille, prior succi stat bonitate sui.



multa aile'

De Mugile alato.



*Prudentes fieri longa experientia rerum
 Cogit, et ut non sint multa stupenda facit.
 Quis flammam esse putet, quisue astra nisi illa videret?
 Spectet et hæc oculis quoq; notetq; die?
 Ast omnes homines cessant mirarier illa,
 Sunt tamen hæc oculis mira videnda tuis.
 Fortè etiam et pisces iam quis non dixerit esse
 Aligeros: tangat ni digito hosce suo.*


*Si rerum abstrusas species formásq; videret,
Cuncta forentq; oculis conficienda simul,
Corde nimis tremulo se spectra videre putaret,
Somniaq; illa suis cernere ficta oculis
Sepè velut ludens, in re Natura creanda
Producit miris multa videnda modis.*

N




De Lupo.

loup poisson de mer



loup.



Albo ex iure Lupus, tenui^q elixus aceto

Affectis adfert febribus auxilium.

Gignit enim tenuem succum sanguen^q probatum,

Quando caro ipsius per facile excoquitur.


*Non galli iecori cedit, non anseris hepar
Illius succi vel ratione boni.*

*Inuenies capitis duros in parte lapillos,
Qui renum duros comminuant lapides.*


De vtroque Lupo.

*Carne quidem tuceno nonnunquam vivit tualga,
Ore vorax auido tu semper hiante Lupus.
Ingerit tu Squillas, sed spinis lessus acutis,
Quas alijs pœnas attulit, hasce subit.*

N ij




*Jorfe de poisson qui De Lipari. ressemble au
lizard*



*Sub cute pro carne hic totus pinguedine abundat,
Propterea ἡ ψαρός iure vocandus erit.
Pingui ergo & molli succo, insipidoq; mouebit
Sapè aluum ingestus, sapè etiam & stomachum.*



ane poisson de De Asello. mer ~~reue~~



Non succi bonitate sui postfertur Asellus

Hu ferè per salsum qui mare saxa colunt.

Ille tamen modo sit puris nutritus in vndis,

Nec fuerint ventris praua alimenta sui.

Mixtis quod si in aquis viuat, prauoq; alimento,

Quale quidem præbent stagna, lacusq; mari;

Mollicies veluti carnis non abiicitur,


Sic lensor tota in carne videndus erit.

Non hinc iam has dices carnes, velut ante suaves.

Nec recrementi parte carere mali.

N iij

De secunda Asellorum specie.

2d species.

Merlanus carne est tenera atq; friabili, obidq;


Vt lingua& est gratus, sic quoq; ventriculo.

Non minus hinc e sus ventrem stomachumq; grauabit,

Quam si de zona pendeat ille tua.




De tertia Asellorum specie.

3 ex aliis


Hic quoque carne sua tener atq; friabilis est, hinc
ut lingua est gratus sic quoq; ventriculo.
Isti de mento appendix carnosa videtur
Pendere, hic tibi eo nomine notus erit.



De quarta Asellorum specie seu Gobergo.


ij. espue.

*Carne magis dura hic constat quam constet Asellus,
 Parte Asino par est interiore tamen.
 Duro tunditur ut possit mollescere fuste,
 Pauperibus siquidem conuenit iste cibus.*



De quinta *Aſſelorūm* specie.

30 ſpecies.




Haud dubiè accedit Leopardi forma Gobergo,
Internis Aſino partibus affimilis.
Maiorem eſſe puta Moluam si forte videtur,
Nilq; obſtet certe eſt lentus & iſte ſatis.

O




De Molua.



*Molua recens carne est multò meliore salita &
Siccata nam tum glutinis instar ea est.
Cum vero illa oculis minime prospectet acutis,
Quid causæ an magnis vis minor omnis inest?*



De Mustella vulgari.


lampreia prossima

Hic quem vulgari Mustelle nomine dicunt,
Carne friabili & est & tenera ille etiam.
Felle caret, nonnunquam etiam conceditur & gris,
Piscem illi carnis ni melioris emant.

O ij




Dc Mustella alia vulgari, siue Galea pisce.



*Alteram non disper prime est, Galea illa vocatur,
Namq; friabilis est carne sua & tenera.
Hinc elixa etiam agrotis conceditur apte,
Nec cedit multis hæc bonitate sua.*




De Hirundine.

*Hirondelle**poisson*


Extrà fertur aquas volitátq; per aera Hirundo,
 Nesquidem magnis preda sit una feris.
 Carne autem suca constat, duráq; proinde
 Dum bene conficitur tum bene semper alit.
 Ast illi ne quis credat sua pharmaca deesse,
 Suffusis oculis felle suo auxilio est.

O ij

De Cuculo.


Colleou poisson

Quantumuis mutos pisces Natura crearit,
 Coccyx efficit & nomina vocis habet.
 Est autem dure carnis sicceq; nihilq;
 Lenti in ea, aut modicum, nil quoq; fellis in est.
 At verò gladio partes dissectus in ambas
 Frigitur, & multò gratior efficitur.
 Utq; minus Cuculi desint, & in aere & vndis
 Viuunt, longe alios terra frequenter alit.

*surmulet*De Mullo barbato. *poulson de mer*


Dura caro *Mulli* est, & aldeq_B friabilis, ergo
 Si bene conficitur sumpta, potenter alet.
 Ast oculorum aciem aſiduos ſi cedat in uſus
 Obtundit, neruos nec ſatis eſa iuuat.
 Extinctus vino tantam vim infundit in illud,
 Ut vel matri obſu(magne Cupido) tuæ.
 Namq_B nouos operam Veneri nauare maritos,
 Fæcundaſq_B nouas impedit eſe deas.
 Felle caret, multisq_B iecur laudatur. at ò cur
 Antiquis tanti *Mullus* erat precij?
 Scorpij, Aranei, & aequorei conferre Draconis
 Iſibus, admota hunc, carne, citōq_B ferunt.

De Mullo imberbi.



*Qui multo imberbis Mullus splendore rubescit,
Propter duriciem non facile excoquitur.
Idcirkò veniet perraro ad fercula eorum
Languidus in quorum corpore feruor inest.*

De Mullo aspero.




*Aasper felle caret Mullus, Cuculóq; propinquat,
Arida nanq; illi est et caro dura simul.
Eius purpureo corpus, minitq; colore
Tingitur, illudq; est exiguum atq; teres.*

P




corbeau sorte de De Corace. *glossator*



Corporis effigie similis Miluo eſſe videtur,
Sed paulo carne eſt humidiore tamen
Cur vero ille ιρόπαξ græcis, Cornūsq; latinis
Dicitur? anne ideo quod niger ore ſiet?




milan poisson De Miluo.



Cum radit summam Milius lati & quoris undam,
 Mox tempestates affore significat.
 Hunc noctu splendere ferunt, ideoq^B lucerneæ
 Nomine dignatur maxima turba hominum.
 Carne autem tu sicca tu dura est, sic sape comestus
 Non in ventriculo sat facile excoquitur.

P ij


lyre sorte de poisson De Lyra.



*Plus ossis quam carnis habet Lyra carne suavi
At satis est, et eadem aridiore tamen.*

*More suum grumnit, stridorēmque edit in auras,
Ergo inter mutos iste vocalis erit.*

De Cornuta siue Lyra altera.




Carnis habet Cornuta parum, quæ & dura videtur,
Ergo in ventriculo non facile excoquitur.
Promptè ex siccatur fitq; inde leuissima, quò fit
Dependens cauda signet in æde nothos.

P ij




De Dracone & Dracunculo.



In *Mulli* inq_z suos etiam est accommodus ictus,
 Imposita propria carne marina fera.
 Puncta tumet citò pars, rigidóq_z dolore tenetur,
 Initioq_z malum temmere non opus est.
 Lentisci huic foliis nautæ sàpè auxilio sunt:
 Sed plus auxiliij vulneris author habet.
 Infert & diros plerunq_z *Dracunculus* ictus,
 Eſſe veneniferos ſed minus hoſce puta.

De Vranoscopo.



Stultitia longè pisces præit Hemerocætus,
Segnitięq; omnes quos maris vnda tegit.
Nanq; dies totos fulua prostratus arena
Dormit, ex cubias tempore noctis agit.
Nycterida hinc dicunt recta cælum ille tuetur,
Sæpe tamen patulo decipit ore feras.




Φράξεο δὲ ἀφραδίη τροφερέστατον ἡμεροκούτιλη
Γχθω, & τερπί πάντας ἀεργόζετον τέκεν ἄλιτη.
Τοῦ δὲ οὐτοι κεφαλῆς μὴν οἷον τέτραπλαι σύντερθεν
Οὐμαζα, καὶ σόμα λάβρον ἐν ὀφθαλμοῖς μέγιστο.
Αἰεὶ δὲ φαραγθοῖς πανυπέρος τελέστηται
Ἐνδων, νικήδε μάνος ἀνέργεται, ηδὲ ἀλάλυται
Τένεκα κέκληται καὶ νικεῖται.

*Stultitia insignem memorabimus hemerocæten
Segnitieq; omnes superantem, quos creat aequor.
Scilicet huic sita sunt in vertice lumina sursum
Conuersa, immodiceq; hæc inter, hiantia cernes
Ora dies totos fulua prostratus arena
Dormit, noctu autem vigilat solusq; vagatur.
Nycterida hinc etiam appellant.*

De Rhombo aculeato & læui.

Herbot poisson de mer



Rhombus carne quidem est dura qui dicitur asper

Sed Rhombus leuis mollior haud dubie est.

Inter præstantes veteres habuere, nihilq; hinc

Ad Rhombum, vulgo dicier est solitum


Impositus viuus spleni medicabitur ægro

Si sit in æquoreas inde remissus aquas.

Q

Furbot leges


De Rhombo'læui. Mart.



Quamvis lata gerat Patella Rhombum,
Rhombus latior est tamen patella.




De Rhomboide.


poisson semblable au turbot

*Corpo Rhomboides paruo exiliq; breuiq;
Internis Rhombo est partibus aſ: milis.
Carne autem media est, etenim nec mollis habetur
Nec dura illa nimis, nam inter utrumq; manet.*

Q ij



De Cytharo.




Cantharus & Cytharus magno in discrimine habentur,

Nam planis Cytharum piscibus annumerant.

*Ille autem Auratae pisci, Sargóq; propinquat,
Uera totius corporis effigie.*

*Alga illi ut Salpæ cibus est, insuauior hinc fit,
Quàm sit Buglossum, carnibus usq; suis.*

De Cytharo flauo siue aspero.




Hunc asperum Cytharum eſſe ferunt, vel deniq; flauum
Nomine Bugloſus dicier hicq; potest,
Caseo, olio etiam affuso, conditur t̄ herbis
Impositis, nam ſic commodus aſſus erit.

Q. iij



*peste ex parte de passare De Passere
poisson de mer*




*Psetta Buglossum simile est, sed mollius omne
Buglossum Psetta, deniq; suauius est.*

*Ψήταν καὶ τρέπετον γραῦ dixere, propinquum
Rhombo totius corporis effigie.*


*Stagna frequens fluuiosq; subit, dulcedine aquarum
Illectus, patrio nec manet usq; solo.*

*Carnibus accedit Solea, multūmq; propinquat,
Mollior at Psetta est & melior Solea.*




Passer asper siue squamosus.

passereum plam decarles.




Tertia Passeris species.

3^o specie.



Ut non passeribus figura eadem est,
 Quos nos per liquidum aëra intuemur,
 Dulces sapis aduolare nidos,
 Interseqꝫ notis ij quibusdam,
 Signisqꝫ euariant, videmus et nos
 Inter se quoqꝫ passeris marinos
 Differre, effigie frequenter ipsa.
 Latatur siquidem Deus bonarum
 In rerum varijs ubiqꝫ formis:
 Disponitqꝫ suo omnia, atqꝫ format
 Prout vult arbitrio, omnium creator.

Illi autem eximiè simùlq; plani,
Limoso veniunt loco: proinde
Ex alto exiliunt ferè in paludes,
Quò sit sèpè luti sapore pleni,
Non ipsi faciant satis palato,
Cum nempe humidiore carne constent.
Præ cunctis etenim valent marini,
Qui per cœruleas vagantur undas,
Mutantq; hospicium suum subinde,
In saxisq; habitant frequenter aspis,
Cœnososq; minus lacus reuisunt.

R




De Buglosso & Solea oculata.
Buglossa sorte de poisson de mer




Quam ore uno Soleam vocamus omnes,
Carne utcunq; sua videtur esse,
Per se dura ea, non nihilq; habere
Lentoris: fit eo modo ut resistat

Putrori magis hanc diuq; seruent:
 Pauloq; humidior fibinde fiat.
 Quin est tū Solea altera, à figura
 Complures oculatam eam vocāunt,
 Quæ vel Massilia satis frequens est,
 Par interna alijs videnda parte.
 Perdici Soleam suo suavi,
 Haudquaquam absimilem ferunt sapore,
 Ut Rhombo quoq; comparatione
 Confertur Phasianus ille, nostro
 Præstans iudicio, bonuſq; valde.
 Proin quis non Soleas eas amārit?

R ij




De Cynoglosso.



Carne Cynoglossus dura lento[r]is habetur
 Non exors, ideoq[ue] haud facile excoquitur.
 Vescitur alga, herbisq[ue] alijs, ideoq[ue] ferinum
 Quid resipit, lingua & nec satis ille placet.
 Pro victus ratione etenim mutatur, habetq[ue]
 Propterea succi pl[us]ue min[us]ue boni.

De Arnoglosso.




Carne Arnoglossus tenera est, pariterq; suavi,
Conficiturq; ideò per facile in stomacho.
Nam simul atq; ignem sensit, satis eße putatur
Tum coctus, longa non opus ergò mora est.

R ij



De Solea parua siue lingula.

Sole poisson de mer, plat



Lingula quam Soleam paruam quoq; dicere posis;


Paulo Arnoglosso durior esse solet.

Non nihil tamen lento ris habet, minus hincq; probatur,

Nam tamen vilem hanc, quod sit corpore parua, putant




De Hippoglosso.



Quatuor hic cubitum mensura superius implet
Pisces & à tali corpore non en habet.
Carne autem dura & secca est, pariterque suau,
Rhombus natura non nihil assimilis.

De Tænia vtraque.

Sortes de poisson de mer


Tænia viscusi quid habet, succumq; tenacem
Producit, certè est huic quoq; dura caro.

Ergo malum creat humorem, velut omnia in orbem
Corporis inflexu quæ sua membra mouent.

Cedrina ex oleo psilothrum ex hepate finges,
Implumes fient hac ratione genæ.

Altera habet quoq; viscum producere succum,
Et crassum, coquitur nec facile ipsa satis.

De Fabro, Gallo marino.



Carne nimis dura quam Rhombus Gallus habetur,

Hunc verò et Porcum dicere iure queas.

Gromnit enim de more suum, et magè quando tenetur,


Aptius huic nomen quod magis esse potest?

Cordis pars inferna, velut splen subrubet illi,

Perpetuòq; albet sed sine felle iecur.


S

De Pastinaca.



*Praui Pastinaca est succi, resipitq; ferinum
 Nescio quid, quo sit sit minimi precij.
 Et tenui decocta tamen consueuit aceto
 Mandi, cum porris & piperis modico.
 Ne vero teli peracuta cuspide lèdat,
 Hæc gladio veniet tota admenda tuo,
 Virus enim infundit, quod fit mortale nisi obstes,
 Nanq; grauitat, cumq; dolore locum.
 Versa malo in cinerem è tenui medicatur aceto,
 Sicq; mali auxilium causa doloris erit.
 Et ne quid radio desit medicamen in illo
 Erosos dentes absq; dolore trahit.*


De secunda Pastinacæ specie.



*Pastinaca exerti radij nè cuspide lèdat
Tute caue, in cauda nang^b venena gerit.
Fungosa ut prior, et molli carne, et male grata est
Cœnōsis etenim vivit et ipsa locis.*


S. ij

De Raiarum fœcunditate &
de la ſecondité et des œufs de ces rayis




*Si quis Raiarum nusquam confpexerit oua,
Dirigat huc oculorum ille ſuorum aciem
Nam fœcunda parens Raiis Natura creandis
Oſtentauit opes lata ſubinde ſuas.*

raiæ tegere Raia lœuis.



Raia Vndulata sive Cinerea.


raiæ ondæ



s iij


De Raia. Οξυρύχω.

raie




*Hanc si degustes Raiam rectè antè paratam
 Non adeò duram carnem sua eße feres.
 Aptè igitur coctam non dedignaberis unquam,
 Præstabit famulis prandia sàpè tuis.*


De alia Raia Οξύρυγχῳ.

d'un autre espece de raie


Omnino nullæ sunt huic in corpore spinæ,
 Nam tantum in cauda spicula acuta gerit.
 Ergo quæ non parte nocet Raia anteriore,
 Lædere parte tamen posteriore potest.
 Raia præcellit plures, nam mollior atq;
 Suauior ipsius creditur esse caro.

raie tigris.

Raia Asteria.

raie combé


raie De Raia oculata & aspera. *piquante*



Quicunq^uaffectas longe uam ducere vitam,
Nec succi plenum corporis habere mali,
Abstineas Raia,nimirum agre illa domatur,
Gignit & humorem sumpta melancholicum.

T


De Raia Asteria aspera.
raie couverte d'épines



Hec Raiæ species quæ spinis horret acutis.

Quæq; etiam in cauda spicula plura gerit,
Natura infirmis stomachis nullo utilis euo
Censetur quoniam difficile coquitur,


De Raia clauata.
raia clavata



Hanc Raix speciem sensus diiudicat ori
 Ut duram, coctu sic quoq; difficilem.
 Suaue epulum ceu pingue tamen iecur illius aiunt,
 Multi optantq; illud sapè probantq; coqui.
 Num vero quicquam in Mæd. cina conferet usum?
 Conferet, & multis lane leuamen erit.
 Pingue illud siquidem cum molliat absq; calore,
 Creditur in iecoris grata medela malis.
 Sic iecur auxilio est iecori plerunq; quid ergo?
 An simili cui uis præsidio est simile?


T ij

De altera specie Raiæ clauatae.


D'une autre espèce de râie clouée

Cum veluti clavos gerat hæc clauata feretur,
 Nominè ut à multis differat ipsa etiam.
 Carne mihi pisces dura est, & odore ferino
 Præditus: hunc alter querat ematq; sibi.


Raia spinosa.

raie spinosa.

Raia Fullonica.

raie.*T iii*

De Raia aspera.

vaiet piquante.


Prædicta ceu reliqua prauo est Raia aspera succo,

Hæc eadem in stomacho difficile excoquitur.

Proin mea non grata venient ad prandia Raie,

Dum mihi laudati copia piscis erit.


De Raia Asperrima.

die tres piquante


*Hec una antè alias longè est asperrima Raias
 Nimirum est spinis horrida tota suis.
 Proin solum hanc nuda poteris comprehendere dextra,
 Qua gemina in cauda pinnula parte subest.
 Inuenies aliquas quas cum non viceris unquam,
 Parte sui possint inferiore capi.
 At verò quantum Medicina spectat ad usus,
 Fel Raiæ affectis auribus auxilio est.*

De Raiis in yniuersum.


Tetrum nescio quem, resipit Raia omnis odorem,
Ipsa sed Brumæ tempore fit melior.
Nam tum suauior est, citiusq; in c^ventre domatur,
Tumq; magè in nobis interiora calent.
Asteria excellit reliquias bonitate saporis,
Nimirum succo præualet ipsa suo.



Prima Torpedinis species.


premier espèce de torpille norvégienne

Secunda Torpedinis species.


*2de espèce.**de la torpille*

154

Tertia Torpedinis species.
3^e especie. *De torpille*



4^e especie. Quarta Torpedinis species. *De torpille*



De Torpedine in vniuersum.


Stupore pisces quos petit, tetro afficit
 Torpedo, ea virtute quam occultam obtinet
 In se, atq; sic factos eos tardos capit,
 Et vescitur, cæno se arenâq; implicans.
 Securi vt adnarunt citò pisces, graui
 Marcore correpti stupent immobiles:
 Prompteq; prædatrix eos ingurgitat.

De iisdem Torpedinibus.

Praui Torpedo succi est, & mutilis, ori
 Insuauis, stomacho non benè grata meo.
 Nanq; vda, & mollis, simul & fungosa videtur,
 Recte si gustes, carnibus eße suis.
 Auxilium capit is vel viva doloribus affert,
 Sediq; euersæ est presidio ipsa bono.
 Cocta oleo iuuat articulos plerunq; dolore
 Affectos, laeso bis vel inuncta loco.
 Fel verò venerem admotum genitalibus aiunt
 Reprimere: & flamas (magne Cupido) tuas.
 Costam alius mandat mihi nulla ex parte probatur,
 Vlla nec veniet luce probanda mihi.

De Rana piscatrice.

grenouille percheuse & poisson de mer.



Excrementitiæ carnis prauiq; saporis,

Nimirum & succi Rana marina mali est

Suffusis proprio est oculis accommoda felle,

Si quis eo utatur, nanq; aciem exacuit.

Ex vino cocta, è tenui vel succus aceto

In potu contrà tetra venena datur.

Nimirum contrà Salamandas, atq; Rubetas


Ebigitur, magno sepius auxilio.

Vtq; parens rerum terra sua pharmaca deeße,

Noluit, illa mari sic quoq; plura dedit.

De Squatina.

cenge poisson de mer



P̄m Carne quidem dura est, resipitq; ferinum

Nescio quid, quò sit sit minimi precij.

Hanc etenim vulgus temnit, sed cedit in usus

Plures, iudicio non renuenda meo.

Illa puellarum prohibet grandescere mammas,

Et laxas stabiles efficit eſe diu.


Eiusdēmq; cutis cineres manantibus(aiunt)

Hulceribus capitis præsidio eſe bono.


Huius si vulgo piscis sit cognita virtus,

Siq; id resciscat fæmina, pluris ement.


De Galeo Acanthia.



Carne quidem Galeus dura est, & olente ferinum,
 Hinc fit ut & pescem hunc nunc quoq; spernat inops.
 At iecur in liquidum illius tabescit oliuum,
 Ad flammisq; huius lampados & usus erit.
 Ad iecoris duros confert, & cecosq; dolores,
 Nam iecur emollit viribus omne suis.
 Fel vero iecori pendens hypochimata delet,
 Quis tantam tali in pisce putas et opem?




De Galeo læui & Galeo Asteria.



Ecce suo *Galeus Galeum* de corpore mittit,
 Utque vides matris pendet ab umbilico.
 Stellatos etiam quosdam plerunque videre est,
 Omnes ne similes sint facie Galei.
 Si tamen incidas fortasse fateberis illos,
 Omnibus internis partibus esse pares.

De Galeo cane.

galens sorte de poisson quon nomme chien
marin




Terga canes Galei, talosq; pedesq; natantum,
 Atq; artus auido mordicus ore petunt.
 Quos ni homines stylis peracutis reprimerent mox
 Haud dubie in medijs emorerentur aquis.
 Si bona multa gerit tellus siq; & quor a ponti,
 Omnia tuta manent non at ubiq; tamen.



De Galeo Glauco.

glaucque poisson de mer qui mange les
autres




*Glaucus in humanam Galeus carnem ore voraci
Fertur, et in miseros dente molestus agit.
Namq; vorax totum se carnibus implet, obidq;
Tetra fit illius semper odore caro.
Hanc ideo pauci mandunt, namq; illa ferinum
Quid resipit, quis eam proin nisi stultus emat?
Hunc tamen esse solent inopes, præbētq; alimentum,
Si semel in stomacho sit bene cocta valens.*

X



De Canicula Aristotelis.

Chien de mer poisson -




*Excrementitia carne, & dura haudq; suavi
Constat, quem Cuvier dixit & Aristoteles.*

*Nam cum sargophagus sit fodiicieq; lutóq;
Vescatur, succi qua ratione boni est?*

De Canicula saxatili.

specie de goujon petit poisson de mer



Piscis habet carnem hic duram, resipitq; ferinum

Nescio quid, lingua non satis ergo placet.

Eius ebur cute pollutur, tam dura vel aspra est,


Ensium & inuoluunt illa hodie capulos.

X ij



De Centrina.

mouche poisson de mer




Centrina & s_b adeo dura est, ut s_apè retundat

Omnem cultri aciem, nec bene possit edi.

Dura etenim carne est, virus resipit q_b ferinum.

Esaq_b pauperibus vix ea grata venit,

De Vulpē.

Venard poisson de mer.

Vium animal Vulpis parit, in semetq; receptat,

Praq; metu magno protegit ore suos.


Mirus amor spectes si quantum parvus corum

Qui propriis fraudant quos genuere bonis.

X iij




De Zygena.



Zygena aspectu toruo horribilis figura est,
 Auspicis nautis conspicienda malis.
 Exrementitia mucosa carne malis.
 Est succi quo fit minimo in precio.
 Ergo in opum sale condita afferuatur in usus,
 Tumq; minus succi deterioris erit.

De Lamia.

Lamie sorte de poisson qui devore les hommes



Et si ἀνθρωπάγος πίσις Lamia esse videtur,


Non tamen à mensis abiicienda venit,

Carnis enim nec ea est dura, tenui saporis.

Nec male concoquitur, cum semel esa fuit.



De Maltha.



*Laxa caro huic pisci est, mollisq; hinc lubricat aluum,
Hocq; ideo Máλθη nomine dicta fuit.
Hunc igitur mandat pescem cui siccior alius,
Utq; magis ventrem concitet adde oleum.*



De Congro.




Grata quidem stomacho Congri est caro, sed tamen illa
 Cum prædura siet difficile excoquitur.
 Vi quadam occulta lepram generare putatur,
 Sed succi (reor) id fit ratione malum.
 Caudam illi Murena admittit, vel ad vissim meatus
 Illum, quo ventrem sepius exonerat.
 At odio Conger simili perculsus, in hostem
 Insilit, atque feret postiora premit.
 Mutuaque abrodunt miseras per vulnera caudas,
 Nec victo ille suscitet victor ab hoste reddit. T

Conger poisson

De Ophidio.


sorte de petit poisson qui a du vapor au conge



Hic fermè effigie Congro, vultūq; propinquat
 Pisciculus, & iden hic qualis & terq; siet?
 Carnem si gustes, duram coctūq; rebellem
 Esse feres, qualem vel Draco pisces habet.
 Cum Rutæ radice esam compescere censem
 Immodicum in maribus seminis effluvium.
 Vastus plura etenim profert animantia Nereus,
 Quæ dupli crebro & vel ratione iuuant.
 Sunt alimenta etenim quædam tantummodo quædam
 Et medicina homini suntq; alimentum etiam.

De Lampetra.

*lampre oue remoer poisson quia y trouz preso
fete*



Lampetra carne quidem est molli, lento ris habetq,

Non nihil, at magni nunc tamen est precij.

*Vere edito hanc, si quidem astiuis insuauior estur
Temporibus, nam tum durior efficitur.*

*Impulsas (mirum) puppes vento illa secundo
Sistit, & incepsum sapè moratur iter.*

T ij



De Muræna.

et le autre sorte de lampreys, poisson




Carne quidem pingui & molli est Muræna, magisq;
Quam Anguilla enutrit, cœu mage Conger alit.
Carniuoram esse liquet, nimirum dentibus cuncis,
Quas semel apprendit non sinit ire feras.

De eadem Mar.


Quæ natat in sculo grandis Murena profundo,
Non valet exustam mergere Sole cutem

De Myro.




Myrus in æquoreis si quem percuſſerit cundis,
Magno præſidio vulneris auctor erit.
Nam versum in cineres caput ipsius utile fertur
Illi qui toruo morsus ab ore fuit.

De Serpente Marino.

Serpent marino poissone

*Lubricus & quoreis serpens qui degit in vndis,
Terreno est dempto vertice persimilis.
Nam magis accedit Congro caput illius, ecce,
Aequoreum verè hic picta figura refert.*

De serpente Rubescente.


Serpent rouge

*Si quis nulla vñquam serpentem & ate rubentem
Viderit, huc oculos dirigat ille suos.
Ore nocet, serratus enim est & acutus ei dens,
Hac una tantum parte timendus erit.
Dulcibus influuiis oritur, lacubusq; subintrat
Sepe tamen fluctus (Prothœ diue) tuos.*

T ij

De Acipensere.

poisson de mer gros soit dire leturgeon



*Hæroum tantum capiant Acipenseræ mensæ,
Mille etenim nummūm non mihi pīscis erit.
In pīcio nullus Romæ magis extitit unquam,
Ornent regales munera rara dapes.*



De eodem Mar.

*Ad palatinas Acipenseræ mittito mensas,
Ambrosias ornent munera rara dapes.*




De Orbe & orbe Scutato & Echinato.

orbe poisson couvert des pointes




Tertia Orbis species.

3^o specie dorbe

De triplici orbis specie in vniuersum.


*Orbis ab effigiem pisces ni videris unquam,
Pictura est oculis hæc adhibenda tuis.
Colligere ore auido rorem, gemmásq; nitentes
Gignere, concreto rore, carétnē fide?*

De Scolopace.
becasse sorte de poisson de mer




*Externis huius piscis qui venit ab oris
Forma oculis veniet conspicienda tuis.
Est autem huic similis carnis substantia Pagro,
Ergo boni succi est, & facile excoquitur.*

Z



De Mugile Nigro.

mullet noir poisson de mer et deau douce.




*Hunc esse pescem nigrum Mugilem ferunt,
Incognitum nostris quidem nunc fluctibus.*



De Orthragorisco siue Luna pifce.

pourceau de mes grand poisson




*Hunc multi pisces dignantur nomine Lunæ,
Quod Lunam ex aliqua parte referre putent.
Fortè etiam noctu quod multo splendeat igni,
At tali dictus lumine Luna fuit.
Ergo suam cœli, retinēntq; suam & quora lunam,
Tres fuerint terris si addita luna siet.*

Z ij

De Rara Boopis specie.

Dune varo especie de Boops



Cum carne atq; oculis, referatq; sapore Boopem,

Dicitur piscis nomine iure Boops.


Nudatur squammis, palmum non amplius unum

Excedit, signis his tibi notus erit.



De Lacerto peregrino.

poisson qui ressemble au lezard





*Multi proueniunt Erytro in gurgite, Verum
Corporis hic quadam ex parte Lacertus erit.
Mole sua excedit cubitum non amplius vnum,
Est autem toruo et vertice et ore fero.*

Z iiij



De Phyllalo.



Phyffalus in rubro sisit semel & quore captus,

Spernendus tanquam perniciosus erit.


Nanq, dolore graui premitur qui sumpserit illum,

Estq; timor rupto ne ilia & ventre fluant.



De Testudine corticata.

~~Tortue poisson qui a de l'ecorce.~~



Carne satis pingui grata, & Testudo suavi est,
In multis cuius commodus usus erit.


Nimirum diras multum ualeat in Salamandras,
Addita si Rai & carnibus una siet.

Sanguini Alopecia, capitisq; mala hulcera cedunt,
Mixtusq; antidotis sepius ille fuit:

Fel cum melle oculis ualde censetur inunctum
Utile, nam hos multis liberat a uitiis.

De Testudine Coriacea.

Tortue de peau



Sunt huius dure carnes Testudinis ori,

Sunt etenim bubulis carnibus assimiles.

Nanq; hæc dura magis, quam sit mihi prima videtur,

Viribus ast iisdem felq; caroq; valent.

Nanq; vicem alterius si absit, Coriacea recte

Supplerit, tantum proximitatishabent.

De Vitulo maris mediterranei.
veau marin de la mer méditerranée



*Hac Vituli forma est qui nullo fulmine tangi
In naturali scribitur historia.*


*Induperatorisq; ideo Lectica Seueri,
Circunquaq; ferae tergore tecta fuit.*

A a



De Vitulo maris Occeani.

veau marin . de la mer occéane



*Hunc pīcēm iñformēm Vitulum dīxere Latini,
Et certē hoc dīctus nōmīne iure fuit.
Si deprensus enim vitulorū more videtur
Mugire, huic nōmen quod magis(oro) quadret?*

De Delphino.



Daphnis poisson

Aequoreis quoties Delphin laſcinit in vndis,
Pacatq; ſuocorpore turbat aquas,
Hand dubie vventos byemem nymphoq; futuros
Prefagit; fed ea qua mage parte Uenit.
Tum ſillum bibulis aſus transmittat arenis,
Vnda ſimil miſerum, vitaq; deſtituet.

DE EODEM.


Δελφῖνες δὲ δύσπρεωτι δημος γάμου εὐτύχονται
In faciem versi dulces celebrant hymeneos
Delphines, similesq; hominum complexibus harent.

A a i

maris ocellum grand De Turfione. proissionem.



*Tusio quem graj φάκαγνα nomine dicunt,
Aedit Delphini more sibi catulos.
Et paruum esse putas habitu Delphim effigieq,
Sed maris hunc verum credimus esse suem.*




EPIGRAMMATA.

189

muscle sorte de petit poisson de mer qui dit on conduit
la baleine.

De Balena vulgo dicta sive Musculo.




*Musculus in nullo precio est, si carnis ad tyram
Species, nimisum difficile excoquuntur.
Eius cocta tamen laudatur lingua quibusdam,
Quippe illa è tanto corpore sola placet.*

A a ij

Decadem.


de la mesme.



Triginta excedit cubitos Balæna frequenter
 Mole sua in longum si protendatur ut aiunt,
 Si in latum vincit cubitos non amplius octo:
 Bissexos verò illa pedes, vasto oris hiatu
 Scissa, marinorum fit monstrum immane ferarum.
 Quattuor vlnarum spacio à se lumina distant,
 Lumina marmoreis in templis emula saxis,
 Horrificisue globis, quos ample eructat ab ore
 Ferrea cum crepitu valde Bombarda sonoro.
 Prædæ auida, & fune & ferro retinetur adunco.
 Insiliunt nautæ seu isq; securibus vrgent
 Terribilem efflantem illam animam per littoris vndas.
 Atq; obductantem frustrè nauisq; prementem,
 In littusq; trahunt immani fune reuinctam.

venitable. balaena. elle mugit dure.
force terrible

De Balena vera.



*Vnum animal Balena parit. fuit et atq; tuetur,
Namq; suo nutrit lacte subinde suos.*

Innumeros vorat, exaturataq; pisibus alium

Mugit, terribileq; intonat ore sonos.

Carnis natura est eadem & pinguedinis eius


Nocturne ad flammas lampados usus crit.

*Sorte de grand poisson (De Orca) mes ennemis des
la baleine*



Orcæ, Balænæq; immania corpora ponit
 Vtræq; inter se bella cruenta mouent.
 Se Balænæ igitur maris in secreta receptant,
 Nam fætis uteri est cura, timorq; sui.
 Præda auidæ norunt Orcæ id grauidasq; lacebunt,
 Asthæ viæ uteri pondere sèpè ruunt.
 Præpediuntur enim, spes quippe fuga omnis in una
 Balænis siquidem vis minor omnis inest.
 Orcæ igitur miseras truculentis dentibus urgunt,
 Et viuos fætus cum genitrice vorant.

De Physetere




*Bellua cum sanè ingentem huc effundit aquarum,
 Physeter ideo nomine dicta fuit.
 Nam cælo interdum magne se more colomne
 Erigit, et miseris turbat agitq; rates.*

Bb

Scie grand poisson de mer qui est garni des dents de deux cotes a la maniere du peigne

De Priste.



Hunc grayi spicul nos pescem nomine serris


Dicimus, et rostris scilicet effigie.

Ducenos implet cubitos, hos India tales,

Cum reliquis superet fertilitate parit.

Scolopendre sorte de poisson de mer


De Scolopendra cætacea.



Si tuum lector Scolopendram hanc videris unquam
Hanc illi ad pingue si libet, effigiem.
Monstrum ingens, magna superat nam mole Triremens,
Et procul aequore emmet illud aquis.

B b ij

De Monstro Leonino.



*Hoc monstrum & quoreis perhibent venisse sub vndis,
Portentis careant ne vada falsa suis.
Quod tute aspiciens, minus admirabere (opinor)
Si spectes quantum terra stupenda ferat.*

De Pisce Monachi habitu.

poisson habillé en moine

Si tales partus ædunt vada carula Nerei,

Non est quod tellus efferat ipsa suos.

Frons hominem præfert, in píscem desinit alius,

Quid tam dic sodes dissimile esse potest?

B b . iii

De Pisce Episcopi habitu.


poisson habillé en évêque.



Si talem fætum mare glaucum protulit & nquam,
 Semi hominemq; ferum, semiferumq; hominem,
 Et & veniunt miranda nimis portenta subinde,
 Quid miri Tellus si quoq; plura ferat?

De Sepia & de ouis sepiarum.

Seche poisson & de ses œufs



Sepia dura quidem est sed si semel esa coquatur,

In stomacho & venis, & iecore, optimè alit.


Oua & dit baccis myrti forma effigiéq;

Qualis vinifera in vite racemus inest.

In libro:

*In littus proiecta recens, sartagine frixa
Manduntur, Renum pituitasq; trahunt.*

*De Lolina magna & parua.
ou grand Calamar*




Du petit calamar ou l'asseron



*Expressæ ad vivum formæ Lolinis hæ sunt,
Forte hominum si quis nōrit utramq; minus.
Antiquis abiecta fuit, nunc illa probatur,
Dites namq; petunt hanc ce, probantq; coqui.*

De Polyporum prima & secunda specie.

Primum & Secunde specie de polypore



Πολύποδος ἀντίχε, ὃ τι enim mutatur in horas,

Et mutat vultus ille subinde suos,

Sic nos mutemus par est pro tempore mores,


Quippe viri hoc fuerit vel sapientis opus.

Humorem sumptus generat craßum, atq[ue] tenacem,

Concubitūsq[ue] auget (Diue Cupido) tuos.

Cc



sibiq; Tertia Polyporum species.



Moschus quidam è græcis ab odore vocarunt.

*Nanq; aliqua moschum ex parte frequenter olet.
Hinc esum referunt & venerem stimulare sopitam;
Nam vires aliquas piscis amoris habet.*

De testaceis Polypis.
Des poulpes portant coquille.




Polypos testis geminos videre est
Inclusos quoq; sapius,
Hic tibi veram licet utriusq;
Formam cernere si lubet.

Cc ij

De Sepiola.



*Pisces ferre possunt Scabbath
alatæ seculi nouante*



Quamvis Sepiolæ sient suaves,
Vel multò magè polypis sapore,
Atq[ue] ipsis quoq[ue] Sapiis vocatis,
Omnes at modò paruitatis ergo.
Nullius precij propè estimantur.




De Lepore Marino.

*lun maria*Prima species. *de lievre marin*
1ere espue.Secunda species. *de lievre marin*
2de espue.

*Hec splendore suo capitiq^b oculisq^b dolorem
Adfert ingrato quin & odore nocet.*

Cc iij

Tertia Leporis marini species.

3^a especie de lievre marin

De Lepore marino.

*Disce venenatos leporis cognoscere potus
 Pestiferi, mediis quem mare gignit aquis.
 Piscis enim squamas, & purgamenta marini,
 Et teturum toto corpore virus olet.*



De Vrtica parua.


Petite ortu de mer

*Vrtice hac species quidem esculenta,
 Est in deliciis viris quibusdam,
 Qui terras habitant mari propinquas.
 Totam gnauiter abluunt, deinde
 Claro igni leuiter coquunt statimq;
 Frigunt, ventriculo satis superq;
 Gratam, alio tñ facilem: sed ipsa vtrisq;
 Pruritum manibus mouet retenta.*

De Vrtica cinerea.


Ostia Andrei

111 anno



Hanc ne contractes manibus namq; acriter illas
Pungit, & immemores non sinit esse sui.


ostie rouge. De Vrtica rubra.




*Hac prima accedit specie, rubroq; colore
Tincta, haret duris sepius in scopulis.
Durior est quam prima, tamen compluribus estur
Nempe ab iis epulo qui meliore carent.*

D d


De quarta Vrtice specie:

Hæc est species dorchie.

*Linquitur à nostris alienæ hæc abdita testæ
Abiiciturq; etiam, cur? quia dura nimis.
Eius ab interna procedunt parte, colare
Plane purpureis emula fila rosis.*




De Virtice quinta specie.

5a especie dorthe

*Ipsos vel splendore oculos offendit utrosq,
Pruritumq; mouet (magne Cupido) tuis.*

Dd ij

De alia Vrtica soluta. *Sixum especie*




Quattuor hæc veluti frondes ramosue propagat.

Ex se, quos alius dixerit esse pedes.

*Cum reliquis eadem aut similis substantia vita
Virtus ac mores. hæc satis esse puta.*

De Locustis.

Langourtes

Murenas perimunt scabrae manduntq; Locusta,


Ipsis Polypodes sunt tamen exitio.

Carne autem propria humanos vertuntur in usus:

Non ori ingratus ventriculog; cibus.

Dd ij

De Astaco.

Ercvive demur

Qualis in aquoreis expanditur Astacus vndis,

Effigie hic talis pingitur ecce tibi.


Exuit (ut fama est) propriam ceu Squilla senectam,

Nos miseri nostram haud possumus arte aliqua.

Est autem suavis succi et laudabilis, illi


Utilis in primis quem hectica febris agit.

De Leone.

Le lion

Qui veram & quoreiformam spectare Leonis
Expetit, huc oculos dirigat ille suos.
Namque nec hirtus cum sit, flauique coloris
Tali animal dictum nomine Iure putem.


De Squilla lata.
De Squilla large ou, orchetta



*Carne quidem molli Squilla est, velut Astacus, ecce
 Amborum effigies hic tibi lector habes.
 Limoso illa loco vivit, proin obsita fædo
 Usque luto, æquoreis capta videtur aquis.*

De Squilla cælata siue Cicada Aelianī.

In cīcāle dēnūr




*No in nulli Squilla speciem hanc, quidamq; Cicadam
Eſe volunt, toto hæc corpore rubra ſuo eſt.*

*Carne autem molli ut Squilla eſt, utq; Aſtacus: horum
Ergo loco veniet grata Cicada mihi.*

Eē

De Squilla Crangone.
La Camotte



Si Squillam hanc etiam esse voles, si dixeris esse,

Nil danni est modo sit res bene nota tibi.

Quam si noſe homini ſine nomine poſte daretur,

Non eſt tantis obruta mens tenebris.

Hec vero cuius facies depingitur, ori

Carne quidem grata eft, ventriculōꝝ ſimul.

Nang boni eft ſucci, dulciq; et febre prebenſis

Commoda, ſi ſenſim membra habitumq; liquet.

De Squilla gibba.
Du Paramot



Ex tenui Squilla gibba manduntur aceto,
 Elixæ frigunt ex oleo hasce etiam.
 Suave epulum sanis, febriq; salubre, bonumq;
 Partes quæ solidas immodico igne liquat.
 Carnis enim minimè cedit bonitate Locustæ,
 Haudq; tibi in nostra Gammare lance rubens.
 Illas proin mandant febris quibus hectica noxæ,
 Auxilium causam ex parte ferentis agent.

E e ij



De Squilla parua.

la r wade ou petit la Squille



Squilla quidem parua ut propria est dulcisima carne,

Ingesta in ventrem sic facilis ex faciat.


Cum crustis stimulat proprijs venerem esa sopitam,

Tum quod habet flatus gignere, tum quod alit.




De Squilla quæ μάρις dicitur.

Squille nomme uāris



*Carne quidem μάρις dulci est, molli atq; suavi,
Quæ benè uti nutrit sic venerem stimulat.
Aequoream malunt quidam appellare Cicadam,
Vt lubet appella, nota modò illa siet.*

Ee ij



De Cancello & Scyllaro.



Du Bernard Thémistte

Cancelli gignunt crassum succum & vitiosum,
 Hincq; τράγος graij fædo ab odore vocant.
 Nanq; lutum redolent præ se viruſaq; marinum
 Sæpe ferunt, quò fit ſint precij exigui.
 De eodem.


Initio ex terra Cancillus gignitur, exin
 In testas, & acuas ingrediturq; domos.
 Maioresq; alias crescens ſibi ſemper adaptat
 Ut tali credas ingenium eſſe feræ.
 Exκύλλαpos in Conchis etiam reperitur, ibi q;
 Degit, & in certum permanet usq; diem.

Humorem

*Humorem salsum gignunt, & grēq_B coquuntur,
Hos ideoq_B hodie temnere quisq_B solet.*


De Cancro mæa.

In canar mæas.



*Difficile excoquitur succi miniméq_B probati est,
Nusquam igitur nostras inchoet iste dapes.
Cum sit enim carnis duræ, insuauisq_B: profectò
Ventriculo, nusquam hæc esca, salubris erit.*

De paguro.
Qua Cancer sequinado.



*Carne quidem media existit, dulcique Pagurus,
Sed magè cum crescit Luna probandus erit.
Nam reliqui ut Cancer vim sentit sideris, illus
Temporibus succipi plus melioris habet.*

De Heracleoticis Cancris.
De Canceris Heracleotiquis




*Horum decoctum Cancrorum promouet aluum,
 Aſa caro succi ſed melioris erit.
 Hanc ego prætulerim ſemper, tu elixa vorato,
 Quod dura faciem Phœbe cacantis habes.*

Ff




Du l'anore nommē
migraine ou ours

De Vrso.



*Excrementitia carne, & / molli, haudq; suauis est
Vrsus, propterea fit minimi precij
Virus enim & quoreum resipit, pravi estq; saporis
Quo fit ut in cæno hunc degere sepe putem.
His oculis nos in lapidem conspeximus unum
Conuersum, id fieri qua ratione potest?*

De Cancro latipede.

Un Cancer au pied large

Latos habet Cancer pedes hic paruulus

Ob idq; fertur latipes

Nihil valet prorsumq; vilem eße autumant

Aptumq; nullis v̄sibus

Vilemne fecit paruitas an prauitas?

Ingēnsne vilem copia?

Tria hæc enim pisces (reor) quos suis solent

Insuauiores reddere.

Nam quisq; paruos despicit vel negligit

Facitq; parui ut plurimum.


Praui ac mali nemo sibi piscem eligit

Succi, nam eo aq; se abstinent.

At magna verò reddit aspernabiles
 Pisces eorum copia.
 Sed hæc saporem non mihi (fallat mea
 Ni forte me sententia).
 Mutarit & inquam, nam, rogo, quonam modo
 Obesse possunt si boni?
 Si sunt suaves & gula & ventris simul,
 Firmantq[ue] pectus languidum,
 Pulmonem anhelantem adiungent, correcent,
 Profintq[ue] interdum febribus
 Vel Hæticis pisces ego ipse optem mihi
 Illos quidem non paruulos,
 Plenos aristis, absq[ue] succo, aut humidos,
 Sed grandiores & bonos.
 Quales vel Archestratus ipse unus sibi.
 Iubebat olim apponier.



De Cancro flauo.
In Cancro jaune on onde.



Cancrum hic vides fului coloris proin eum
Flauum vocant, atq; undulatum nomine,
A lineis quæ in parte prona sunt bene
Multis, & vndarum reductis in modum,
Cancris parem stagni marini & fluminum.
Suis bene insignem notis illo vtitur,
Nam ceterorum conferet valde loco,
Si illi tibi defint, habent quandoquidem
Omnes quid occulte, quid in se abditæ
Virtutis, & multis bene haud perspecte adhuc.
Notescit usu longo ea haud sane omnibus,
Ipsimet argutentur, ut forsan volent


Subtiliter, scitèq; docte atq; acriter,
 Secreta Natura sicut cum plurima
 Absconsa, nostris sensibus non peruita:
 In abditis rerumq; causis insita.
 Viuum ergò combures foco Cancrum tuo
 Ustumq; seruabis tibi perquam utilem,
 Contrà feri morsus venenatos canis,
 Exhulceratisq; optimum pulmonibus,
 Ex lacte caprillo recens mulcto datum.

Cancer Varius siue Marmoreus.

Tu Cancer madré



De Cancro anonymo.

Du Cancer commun


Frequenter in stagnis maris
 Videre viuos mi obtigit,
 Frixosq; nonnunquam edimus,
 Gratum & suave ori cibum,
 Ouis abundant cum suis.
 Vulgo vocant Cancros eos.
 Illis marinos præferes,
 Omnesq; aquarum dulcium,
 Quis apè riuos incolunt.
 Contra venenosos canis
 Morsus feruntur plurimum
 Valere, profuntq; hecticis.

Nam in iure Cappi quām optimi, aut
 Perdicis & nius bona
 Cocti, efficacem atq; utilem
 Præbent cibum ægro corpori:
 Illudq; valdè nutriunt.
 Quin sèpè opem pulmonibus,
 Exhulceratis afferunt.
 Quid (quæso) ijs. præstantius?

Cancer Βραχυχίλος
 Du canere a courtz bras




Cancri Hirſuti.
 Du cancer Velus.



De Cancro cordis figurâ.

Du cancer fait en forme de cœur



De Cancris paruis qui in alienis testis viuunt.

Du petits cancrels qui logent dans les testes des autres



En quot ne rerum genitrix Natura bonarum

Cesaret, Cancros pinxit imaginibus.

Nempe ut serpentu auxilium in genus omne malorum

Præstò homini, adq; manum semper ubiq; foret.

Nil siquidem Cancris & quæ serpentinibus atris

Aduersum, contrà quæq; venena valent.

Inq; Canes rabie oppressos, Leporēmq; marinum,

Scorpij itēmq; ferunt ictibus auxilium.

Ergò quæ diuersa dedit Natura venena,
Illa eadem contrà auxilia plura dedit.

De iisdem Cancris.

*Ostrea limo & aquis, testa vescuntur aperta,
Vitam sustentant hac ratione suam.*

*Callidus id Cancer fundo speculatus ab imo
Testa interponit quem lapidem arripuit.*

*Nano duplex illi est forceps, tunc Ostrea Cancer
Ingreditur, viuasq; atterit ore dapes.*




De Aranea Pulice & Pediculo.



De Araignee de mer



De la puce de mer






Du Pou de mer

Aequoreis Talus spectatur Aranea in vndis,
 Qualem hic depictam, lector amice, vides.
 Ecce Pulex etiam Simiae spectabilis ore,
 Et qui de pedibus nomina vermis habet.
 Quin alia innumera aequoreis generata sub vndis,
 Exisse è limo, Prothee magne, vides.
 Nanquod noua ut profert tellus animantia semper,
 Sic quoquod in aequoreis plura creantur aquis.

Gg ij

De Echino Ouarto.
Des Heriffons qui ont des oeufs



*Inuersum cinerem totius corpus Echini
Digerit admotum, abstergit itemq; trahit.*

*Quidam itaq; vtuntur vel in excrescentibus illo
Hulceribus, vel in his qua nimis vda manent.*


Ni mirum auxilio censemur achoribus esse,
 Sordidieq; caput liberat omne mala.
 Ex mulso, atq; garo veteres oua esse solebant,
 Quod ventrem exonerent & lotium ipsa cident.
 Ne decessent hominum siquidem medicamina in usus,
 Vires Natura expandit ubiq; suas.
 Nam veluti varia è terra plantisq; petuntur
 Auxilia, ex falso sic quoq; plura mari.

Gg iij




De Echino Spatago & Briffo

De la seconde & troisieme opus Herino




Cordis ad effigiem formatum hic cernis Echinum,
 Qui Spatagus mihi, vel nomine Brisbus erit.
 Appellent alij hunc aliter, de nomine nusquam
 Sed potius de ipsis lis mihi rebus erit.
 Vis huic quæ reliquis viceq; hoc utere priorum,
 Si desint, quamuis rarior iste siet
 Haurit aquam cœnumq; tñ duris viuit arenis,
 Et tamen os vacuum dentibus usq; gerit.

De Echinometra.
Du grand hérinon



Εχ' ομητρα omnis Echinos corporis
Mole antecellit cæteros longè sui:
Vt raga nimirum potest ægerrime
Capi manu, extendas eam quantum liber.
Parteis quidem internas pares Ovaria
Omnino habet, demptis huic ouis tamen.

De Echinorum quinto genere.



Duplex Herinnon -

Harentes viden in scopulis ô lector Echinos?

Horridaq; ut spinis turba sit ista suis.

Forsitan hos temnas, sed si hæc tibi nota siet gens:

Repperies miris posse iuuare modis.

Nam tibi si lente sensimq; urina fluat, si

Aegrè distillet, præsidium illa feret.

Nil mare tam paruum, tamq; abiectum omne creat quod

Non queat ex aliqua parte iuuare sui.

F I N I S.

FRANCISCI

BOVSSVETI SVR[!]

REGIANI DOCTORIS MEDICI, DE
NATVRA A Q V A T I L I V M

CARMEN,

In Alteram partem vniuersitatis GVLIELMI RONDELET^{II} doctoris Medici, & Medicinæ in schola Monspeliensis professoris Regij celeberrimi historiæ, quam de Aquatilibus scripsit: Cum veris & natuvis eorum iconibus: Opusculum nunquam hactenus typis excussum.



LUGDUNI,
APVD MATTHIAM BONHOME,
SVB CLAVA AVREA.

M. D. LVIII.

Cum Priuilegio Regis ad duodecim annos.

Extrait du Priuilege du Roy.

I L est permis à Maistre G V I L L A V M E R O N D E L E T docteur Regé en la faculté de Medecine à Môtpelier,& à l'Imprimeur ayat charge de luy, d'Imprimer l'histoire des Poissons,tant de mer, lacs,estangs,fleutues,que riuieres,recuillie par ledit,& à grâds diligences labeurs & frais auroyet fait grauer les figures, & sus icelles faits & descrits la nature proprieté & vîsage desditz poissos , en plusieurs manieres & langages,pour estres plus agreables aux lecteurs & vtiles à la Republique,& augre desditz auroit esté fait & approuue vn Epitome en succints Epigrâmes sus lesdites figures,côposées par maistre Frâcois Bouffuet docteur en Medecine , lequel Epitome ilz ont fait de nouveau mettre en lumiere. Parquoy ledit Seigneur,defend à tous libraires,Imprimetirs,tailleurs de figures,dominotiers,& à tous autres: qu'ilz n'ayent à Imprimer ledit Epitome, pour traire, tailler, poucher , ni contrefaire lesdites figures, soit en plus grande ou plus petite forme, ensemble ni separeément , ni faire en quelque langue que ce soit aucune traduction dudit hure, ni le rediger en autre Epitome en quelque langage que ce soit,sans le gré & consentement desdits. Et ce durant le temps & terme de douze ans, à compter du iour de la premiere impression. Et si aucun s'ingeroyet, ou fussent ingerez , les faire ou faire cōtrefaire en qlque maniere que ce soit , leur est defendu de la part dudit Seigneur en vendre,ni distribuer en ses pays,terres,& Seigneuries sur peine de confiscation de tous & chascuns lesditz Liures , Figures, & Pourtraietz & d'autres grands peines & amendes:& des dommages, despens, & interestz des susditz: car ne veut ledit Seigneur en forte que ce soit aucune chose estre faictë ni cōtrefaite sus lesdits Liures, Figures,& matieres, par eux dressées & premieremēt mises en lumiere , qui leur soit preiudiciable,& que ce qui s'en fera cy aprés,veut que ce soit de leur gré & consentement. Et si aucun destourbier ou dommage leur en estoit fait,veut incontinent & sans delay leur estre reparé:comme plus à plein est contenu au Priuilege sur ce donné à Marchais le xxvij.iour de Iuin, lan mil cinq cens cinquante quatre. Et de nostre regne le huitiéme.

Par le Roy en son conseil.

De Lomenie.

Estant inseré le Priuilege,ou extract d'iceluy en chascun desditz liures,est tenu pour suffisamment signifié à tous.

Et futacheue d'Imprimer le present Epitome le 22. Iuin 1558.

ILLVSTRISS. PRINCIPI CLAVDIO
A' LOTHARINGIA, DVCI AVMALLIAE,
necnon in Burgundia christianissimi Regis Henrici
secundi huius nominis clarissimo Proregi,
Franciscus Boussuetus
Surregianus S.

Diuersis diuersa placent, humana mouetur

Non iisdem semper mens, trahiturq; modis.

Nam quæ grata alijs sunt (o fortissime Princeps)

Quæq; animi ex votis aestimat esse sui:

Illa eadem ecce alius valde aspernatur, et odit:

Quæq; alijs credant suauia, acerba putat.

Nam et studia, et mores hominum, non semper in iisdem
Conueniunt: multum cum sua quemque iuuent.

Quò fit ut aut armis astrictum, aut magna prementem,

Vix ausim numeris sollicitare meis.

Sed si pictura, numerisq; aliquando teneris,

Testem animi hoc possis carmen habere mei.

Ad eundem Hexastichon.

E' vasto (Dux magne) mari, sub nomine fratris

Misimus in lucem plurima monstra tui:


Terribiles visu formas, quas tempore longo,

Aequora dum sulcat quisq; videre potest.

Verum non minima hic offert tibi portio fæse:

Sic ab aquis dabitur manus utriq; suum.

aa ij



IN AVTHORIS EFFIGIEM
STEPH. BOVSS. FRATRIS
C A R M I E N.

*E*t tantis, totq; egregiis, quas doctus Apelles
Depinxit tabulis, ne rna quidem supereft.
Nanq; sru obfessa tandem periere: quid ergo?
Marmore, & are opus eft: hac quoque diffperunt.
Nam sola eternos fe extendit Musa per annos,
Ipfa beatq; suos sola, vetatq; mori.
Viva animi sic usque inperfabit imago
Francisce, interna nam magè parte viges.



FRANCISCI BOVSSVETI
SVR REGIANI IN LIBROS GV-
LIELMI RONDELETII, DE
HISTORIA AQYATILIVM.
EPIG RAMMATA.

De Lepade.

*sorte de poisson à coquille qui
s'adhere aux rochers*



Lepas parua.

Lepas inuersa.

*Interiore Lepas parte in scopulis adeò haret,
Hinc ut diuelli non nisi vi illa queat.*


aa iiij

Cultro igitur ferróue opus est, quia tacta resistit
Fortius, et vires colligit inde suas.

Crudā aliqui mandunt, magis at mihi cocta probatur,
Sed leuibus flammis res peragenda venit.

Nam tum suauior est, stomachoq; optatior, aluum
Sæpè etiam sumpto iure suo exonerat.

De Aure Marina. Orelle marine



Innumeras rerum species Natura creavit,
Et pinxit miris hasce tulitq; modis.



Nanq; hominum cedunt quæcunq; videntur in usus,
Acceduntq; tuis ò Medicina opibus.

Omnia quippe tuam venuunt reuocanda sub artem,
Vt queat ex aliqua parte deesse nihil.

Nanq; etiam et dura profunt animantia testa,
Hulcerib; s; ferunt vsta frequenter opem.

At Lepadū in numerum est Auris referēda, sed unde
Sic d. Et a est humanae auris ab effigie.

De Tellinarum prima secunda & tertia specie.

1^{er} spec. de telline2^{er} spec. de telline3^{er} spec.

Et benè alunt Tellinæ, & ventrem sapient esæ,

Sed coctæ modicis ignibus exonerant.


Conditæ sale moxq; igni feruente crematæ,

Vrentem reddunt non leuiter cinerem.

Hinc cedri exceptus succo, sensimq; perunctus,

Impellit glabras usq; inanere genas.


De Chama lœui.



Et dulci & tenera est Chama lœuis carne, sed ipsa ut


Possit edi, in pura sapè lauatur aqua.

De Chama Peloride.




*Dura Peloridis est Chamæ caro difficile ergò
Concoquitur, semel at cocta potenter alit.*

De Chama Glycymeride.




*Dicta Glycymeris à succi dulcedine, longè
Mole sui reliquas corporis exuperat.*

Dc Chama aspera. & Chama nigra & aliis.



Chama trachea



Chama nigra.

Chama quidem lauis tenera est, & dulcis habetur,
 Propterea in stomacho sat facile excoquitur.
 Carne autem dura est, & sicca Chama peloris,
 Enutritq; satis vieta calore semel.
 Dicta Glycymeris à succi dulcedine fertur,
 Hac siquidem propria non bonitate caret.
 Et quædam Chama est quæ nigricat, estq; alia aspra,
 Excretu hæc facilis, sed modicum omnis alit.

bb


Aristoph.

Ως Οὐρίως ὁ ζεῦ βασιλεὺς τοῦ χραιμῶν
Ωντος Λεπάς τῷ μέρακι προσίχει).

O Iuppiter quam fortiter Conchæ modo
Isthæc anicula adhæret adolescentulo.



Pecten. Coquille large ou de 5^e
jaques.




Altera species Pectinis.

autre especie



bb ij

De pectine vtroque & pectunculis.


Pectunculus.

*Pectinum vesica cibo maligna
 Sorde purgatur, modice ille nanq;
 Sumptus abstergit, lotiumq; aperto
 Tramite pellit.
 Dulcior quin cum siet Ostreorum
 Carnibus, cumq; in stomacho coquatur
 Promptius, sane & Veneri videtur
 Commodus esse.*



De Concha imbricata.


*Couquelle en fauves de
tuille*



Concha imbricata est carnis hæc duræ quidem
At cocta nutrit plurimum (ut credo) tamen.
bb iij




Concha striata. *Cog. canelée*




Altera Concha striata.

autre coquille. canelée



Tertia Concha striata


3e espèce de coquille canelle




De Conchis striatis.


*Haud coctu faciles Conchæ sunt quæq; striatae,
 Illarum siquidem dura caro satis est,
 Iure tamen venter sensim subducitur hausto.
 Abstergit verò tempus in omne cinis.*

De Concha Echinata. Aug. piquante



*Conchis est aliis carne simillima,
Quæ Concha innumeris horret aculeis.
Hæc in carne sua grandinis in modum,
Gemmatis renitet quandoq; honoribus*




De Concha longa. *Log. Longue*

Ex longa tibi calx, & odore trumpera quædam
 Cum fieri soleant, Conchâne vñlis erit?
 Sumpta caro ex mulsa iecoris conferre dolori
 Censemur, corpus si sine febre siet.
 Sin minus ex mulsa, liquidas miscentibus vndas
 Præsidio est: nam sic mitigat hausta iecur.

cc



De altera Concha longa. autre





*In iecoris confert hæc Concha doloribus hausta
Ex posca, aut mulso. si sine febre dolent.
Sunt tamen rugosæ, tamen variæ, lauésq; nigræq;
Sunt quoq; coralli more colore rubræ,
Sunt quædam glandi similes, Balaniq; vocantur,
Sunt Galædes grauis nomine dictæ aliae.
In Conchis etenim variis Natura creandis
Lusisse est miris conspicienda modis.*



Concha pictorum.



Concha Corallina.


Concha rugata. *Cog. indee*

cc ij

Conchula rugata.
autre poche log. ride.




Conchula varia.
Alorde on pholarde




Concha Rhomboides.

Murele.



De Balano vtroque.


*Glaus de mer**autre espèce*

*Glandes seu Balani pura elixantur in vnda,
 Gratāq₃ fit seruis esca, Cupido, tuis.
 Nam molles, multi succi, dulcisq₃ saporis
 Sunt Baλavori, non vis omnibus vna tamen.
 Nam magis vrinas salsa, vntremq₃ mouebunt.
 Glandibus vatur qui volet esse salax.
 Horum spreta iacet species omnino secunda,
 Nam carnis paucæ est, & sapit illa nihil.*

cc iij

De Concha Galade & nigra.


Log. app. galas.




Conueniunt Galadis multum tibi iuscula Concha,
Nam faciem durum, Marce, cacantis habes.

Concha fasciata.

Log. velada



De Concha crassæ teste.
Cogn. Epurie




*Fit præstans Antispodium ex his omnibus usus
Proin veri uteris tute loco spodij
Ex iisdem fit calx et oblonga & in usus
Multorum, quis nos utier hisce vetat?*



De Concha matre vnionum.

Nacre dei perles



*Gemmarum hæc Concha est mater, nam grandinis instar,
Illas concreta in carne frequenter habet.
Auri venduntur precio plerunq; repenso
Aequali, tales indica terra creat.*



De Ostreis horatius.

Huitres des étangs.



de mer



*Lubrica nascentes implent Conchylia Luna,
Sed non omne mare est generosa & fertile Testa,
Murice Baiano melior, Lucrina peloris,
Ostrea Circæis, Miseno oriuntur Echini,
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.*

d.d.


De Ostreō sylvestri. Scandaber.
Lanadber



*Testa huius valde in fucis muliebribus apta est,
Eius & in multis pulueris usus erit.
Nam quoties medicamentis siccantibus uti
Expedit, hec si et presto medela tibi,*



De Spondylis.


Gaiderupes.

Adnati saxis Spondyli fortius illis
 Herent, nimirum hos non sine vi hinc rapias.
 Ostrea carnesua referunt, & grēq; coquuntur,
 Nam caro ventriculo durior esse solet.
 Est autem illa satis multa, ingratiq; saporis,
 Quāq; malum virus sumpta frequenter olet.

dd ij

De Solene mare & fœmina.

*Manche de loutean
marie*



femelle



Solen mas mouet urinas, at fœmina œvixw


Appellant proprio dulcior una mare est.

Mirum, quod noctu fulgent splendore remoto,

Quæ tanti causæ luminis esse queunt?




De Musculis & Mytulis.


petiles moules*grande moule*

Musculi quos quidam etiam Myacas,
 Et Myas dicunt, bonitate succi
 Insita pollent aliqua satissq;
 Nutriunt, dulcissq; suo sapore haud
 Displicant: quidam tamen lotium mouere hos
 Dicitant, ventremq; minus ciere.
 At ferum quandam redolent saporem,
 Et salem, tamen virus pariter marinum,
 Mole maiores Mytuli Myiscis.

dd iij



*Pholades saxis, scopulisq; inhærent
Fortiter, nec vi nisi magna eas, & el
Viribus vellas validis, sapore
At suo virus redolent marinum.
Sunt malo hæ Conchæ squidem & ferino
Præditæ succo, & nihil estimantur.*


De Pinna magna. *Pinne*

Obnixè Pinnae in stomacho, & enīsq; coquuntur,
Sed semel excocte in ventre potenter alunt

Afissis

Assis elix & præstant, & tcumq; aceto
 Molescunt, flatuſq; hinc minus ingenerant.
 Altera Pinna autem Perna hec merito eſe videtur,
 A forma pernæ quam gerit aſſimili.

De Perna. autre ap. de punne
 nonimur Perna.



Pinnarum ex numero hec etiam est, que ut mollis habetur
 Sic ea per ventrem per facile euicitur.


De Pinna parua. *petile*



*Intus habet duram hæc carnem, resipitq; ferinum
Nescio quid, cænine id ratione venit?*


ee





*E singuntur dentifricia optima,
 Ex ustæ flamma corpore Purpuræ,
 Internæ partes si ex oleo sient
 Leni percoctæ, sèpè doloribus
 Sedandis præstant, auxilium efficax.
 Eiusdem censem posse saliuam opem
 Afferre admotam vulneribus recens
 Inflictis, virtus tantane Purpuræ est?*

De Murice marmoreo.

Murex Marbin

Vritur, in cinerem conuertitur, abluiturq;


Murex, ambustisq; utilis efficitur.

Ex oleo illinitur nimirum sèpè rosato,

Et quæ non leuibus vis quoq; rebus in st?

ee ij

De Murice triangulare. *Triangulare*




*Aures (ut perhibent) huius operculum
Purgatum, inq[ue] bono coctum oleo nucum,
Compescit rigidis sepe doloribus
Obsecras, nec enim vis sua Murici,
Ullo ut nec reliquis tempore deficit.*

Murex Lacteus.

Couleur de lait

37




Murex Coracoides.

A Bec de corbeau




ce iiij

De Aporhaide. autre opeude-
mura aqelli aporhais.




Ne sine diuerso ac vario eſet Murice pontus,
Natura his plures contulit aſimiles.
Utimur ad fucos testa, nam lacteus omnis
In primis partes vendicat hasce ſibi.

De Buccino.

~~Du coq au d'Mer~~

Buccina damnantur quòd fucum sumpta remittant,
Quantum uis nostrum, ut Purpura, corpus alant.


De Altero Buccino. *autre*



*Sat bene corpus alunt, sed fucum quando remittunt,
Per se se à multis Buccina spreta iacent.*

De Buccino paruo & striato.

de deux autres coquilles derniers




Buccina adusta eadem penitus quæ ~~et~~ Purpura præstant,
Illitāq; ambustis auxilio eſe queunt.
Quin dentifriciis quoq; sunt accommoda:mille
Si indigeas, Nereus suppeditabit opes.

ff



De Conchylio,

(conchilium)

Buccina iis(aiunt) quibus & Conchylia prosunt,
 Purpurāq: ergo ad idem his utere si libeat.
 Suffitu interea poterunt compescere vnuas,
 Mortuā si veluti famina forte iaeet.
 Prosunt & morbo simili ratione caduco,
 Interj: quoq pars auribus auxilio est

De Operculo Conchylii & Buccini.

Tu conchylium tuum ardeas et tu conchylium




*Suffit pro sunt vuluis, morboq; caduco,
Quinetiam ventrem pota mouere queunt.*

ff ij



De Turbine magno.
Dela grande loquacis ponitue omne vntabat



*Innumeris propè cùm scateant vada cœrula Nærei
 Turbinibus pañimq; ad mare promineant.
 Sic dixisse satis, quòdeos vertuntur in vñus,
 Ad quos fit testa Purpura grata sua.*

Carnibus & prosunt, an iis natura videtur

Fingendis oti non habuisse satis?

Fertilis illa parens rerum, prudensq; sagaxq; &c;

Prouida, num frustra fecerit, oro, aliquid?

Turbines Turberosi.

Da coquilly et crumine deo Sabot plures debonete



Turbo angulatus.



Turbino Muricatus.




ff iii

Turbines intra spongias viuentes.
*La petite porcelaine et autres petites coquilles faciles en rabots
 que l'on trouve dans les sponges.*



De Turbine aurito.


Tela coquille a oreille



Turbinis Auriti quis non formam effigiem ve
 Miretur? laudetq; illius artificem?
 Hac etiam fabri Naturam imitarier audent
 In parte, efformant dum sua vasa sibi.


Turbo Pendedactylos, & Tessarodactylos.

Couilles à huit & quatre pointes



Trochi.

Dix bronches ou coupes



Tela coquille Nerita.

couve Nerita




Nerita Ælianii. *aabc neritæ*

Seton & char



De Cochlea quæ in oleario vsu erat.

Du finacon dont la coquille . levoit apres
l'huile



Ipsum oleum nonnulli olim hac haurire solebant,

Noménq; illa potest hinc habuisse suum.

Aurifices verò basi quadam addita et anfa,

Efformauerunt sapè sibi orceolos.

Quodq; wideretur forte illis pulchrior esse,


Quodq; venenatis auxilio esse cibis.

Qui mare iuxta habitant, qui littora curua frēquentant,

Sat norūnt quantum tota sit apta suis.

De Cochlea margaritifera vulgari.

Dela coq. de l'Amour contient des perles.



Nullas producit gemmas sed ita una vocatur,

Illas quod referat forte nitore suo.

Hinc ipsa argento fulvoq; includitur auro,

Fiuntq; hinc oculis pocula grata meis.

Quin et imaginibus de seculo corpore paruis


Et globulis factis gratia rara sua est.

Tales sàpè ferunt nostra hac etate puellæ,

Talésq; antiqui sàpè tulere chori.

De Cochlea cælata cum suo operculo.

La Caganolle de mur avee son opercole



*Cochlea cælata obnixè semel esa domatur,
 Dura etenim : succum gignit & ipsa malum.
 Humoris siquidem falsi vim infundit edentis
 In venas, seruis esca, Cupido, tuis.
 Nam Venerem stimulat, semenq; irritat & auget
 Esa puellarum semper inepta choris.*

Cochlea Echinophora.

*la coquille de limacon avec
une partie ronde*



Cochlea Cylindroides.

*Coquille de limacon
partie en porc au*




Cochlea lœuis turbine obtuso.

Coquille en bout mousse



Cochlea depressa.


Coq. de limacon plate



gg y

De Concha venera siue Murice Mutiani
De secunda specie & aliis.

i poralame ou coquille
venus ou murex de
Mutian



Seconde espiese
la coquille de Venu



Aspice quam multæ veniunt in littore Conchæ,
Harum si nescis certus est usus erit.
Canthi oculi hulceribus Veneris percommoda fertur,
Cum belle exsiccat, sanat et Aegylopas.
In primis etenim id sibi vendicat illa, videtur
Arida vis aliis par propè inesse tamen.
Hulceribus siquidem siccandis commodus harum
Usus erit, tantas quis (rogo) temnat opes?

Tertia & quarta species Conchæ veneræ.

3^e espèce



4^e espèce



Vmbilicus.
Vno wq. d' alimaon
volumen
Vmbilicus





Vmbilicus varius & paruus.
De deux autres vmbilicis.



Cochlea Vmbilicata cum operculo suo.

D'une autre coquille
yant un trou comme
un nombre avec son
couvercle



gg iij

Alia Cochlea vmbilicata.

D. in aucti vmbilic




De Cochleis in vniuersum.

*Cochlea quæ salsas habitat communiter vndas,
Ventriculo vtilis est, & cito uentre meat.
Vtilis & stomacho quæ terras incolit, at quæ
Flumina amat, virus nescio quod resipit.
Cumq; sient plures species, variaeq; uidendæ,
Plus aliis veniet grata marina mihi.*



De Cochlea rugosa & Vmbilicata.

Tu lunam ride agant un trou comme un nombrel



Apicito varijs repleta est Cochlea rugis,

Et latum summa in parte foramen inest.


Illam etiam proprios poteris conuertere in usus,

Si igni cum rugis tota sit vsta suis.

Nam tunc euadet multo seccior: ecquid

Hac vti, innumerisq; impedit(oro) alijs?

De Scolopendris marinis.

Scolopendres marines

Bestiolas si quis Scolopendræ nomine dictas

Vult nosse, has posset cernere si placeat.

His aliqui viuunt ut Acus, pariterq; Lacertæ,

Quæ non vel quadam ex parte iuuare queunt:



De Vermibus marinis.

Versus versus marinis

Vermibus hic qualis facies & quanta marinus


Aspice, & in tubulis hos quoq; inesse puta.

Testa horum ingreditur citrini nominis vnguen


Ecquid non homini præsidio esse potest?

hh


De Penicillo marino.

pinne aqua marina

Hærentem scopulus, cedentemq; æquoris vndis,
 Effigiem hic qualis fert Penicillus habes.
 Quis (precor) unquam æquè pulchrum sibi finxit Apelles.
 Aequè aut præstantem quis (rogo) Parrasius?
 Cunctarum cum sit rerum Natura magistra,
 In minimis etiam rebus eam sequere.



De Hirudine marina.

Sanguisire marinae

*Aurium angorem veteri ex oliuo
Cocta, limosis sub aquis, mariq;
Vicitans, crebroq; alios dolores
Sedat Hirudo.*

*Nam ex camamallino oleo, nucum ve
Dulcium, sedis misere tumentum
Ora venarum cohibet, doloriq;
Auxiliatur
Sapè neruorum numero medela est
Vulneri, & spasso quoq; cum mero si
Coxerit, vestitq; caput capillis
Vsta & inuncta.*

hh ij



De Oestro siue Asilo.

mouehe piquante sorte de poisson




Nil plane inuenias in terris hoste carere,
 Cuncta propè inter se tam male conueniunt.
 Oestrus enim quamvis animal sit corpore paruo:
 At plerunq; tamen magna mouere potest.
 Nam sic Delphinos, Xiphias, Thunnosq; frequenter
 Vrget, ut in naues littorāq; infiliant.

Vergilius.

Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem
 Plurimus alburnum volitans, cui nomen Asilo
 Romanum est, Oestrum Graij vetere vocantes,
 Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis
 Diffugiunt armenta,

De Hippocampo.

Revet marin dont le corps finit en queue de poisson



*Vertici crines nimium maligni
Si fluant cuiquam ratione succi,
Cum pice exceptus cinis Hippocampi
Reddit ademptos.*

*Ille restinguuit Leporis marini
Virus epotus, remouetq; lepras
Atq; Lichenas, vel aqua solutus,
Moxq; perunctus.*

*Enecant nonnulli etiam Hippocampos
E`rosis facto rubeis oliuo,
Illo ut agrotos gelido in rigore
Febris inungant.*

*Quin canis diro rubiosi ab ictu
Liberat, sauumq; domat venenum,
Sunt feræ tñ plures aliae in marinae
Corpore vires.*

hh ij ipsa

Ipsa si tellus etenim propagat
Plura, que spectant Medicinae in v̄sus,
Multā quis salsis quoq; denegārit
Eſe sub vndis?
Felle suffusis oculis medentur
Optime quādam, maculāsq; tergunt,
Aurium tū quādam, variōsq; soluunt
Sepe dolores.




Stellæ prima species.

jeune espece de soile sortes de poisson de mer




Stella pectinata.

soile, en forme des dents dun peigne




Stella lœuis.

Stelle plegées

Stella reticulata, siue cancellata.

Stelle, faites en forme des vets


Stella lœuis.

Stellis legere

Stella reticulata, siue cancellata.

Stile, faites en forme des vets

étoile, suite comme un arbre
De Stella Arborescente.



Principio Cœlum dominus Terramq; creauit:
Et fixit proprio sidera quæque loco.
Iusit tū ut Terram circundaret Amphitrite,
Aridaque à liquidis diuideretur aquis.
Inde tot egregias species, formásq; animantūm,
Tot voluit Pisces tot superesse feras.
Tot tantas tū opes rerum miracula bonarum,
Illa quòd ingenio prendere nemo queat.

DE NATVRA AQVAT.

Omnia quæ fecit Deus & perfecit: homo ecquis
Artificem ob tantas non veneretur opes?
De eadem.

Si maris hanc aliquis Stellam non viderit unquam,
Esse satam aquoreis forte negabit aquis.
Namq[ue] feret pictoris opus: ne decipiatur,
Naturæ pictam discat eam esse manu.

De eadem.

Sunt cœli Stella fixæ nec sponte mouentur,
Motus enim illarum continua est series.
Mobilis ad motum primi voluuntur: at ultrò, &
Sponte sua, sese Stella marina mouet.
At quam monstrasti Lugduni Regie nobis,
Arbitrio poteris sapè mouere tuo.

De eadem Stella.

Inter opes quas monstigero maria omnia fundo
Inuoluunt, & quas Prothee magne, vides.
Late extendentem Stellam sese arboris instar,
Viuere, sed mira conditione feres.
Namq[ue] suis ramis tanquam manibus sibi pastum
Attrahit: atq[ue] suo vescitur illa cibo,
Attracta exurmis: nam Stellis ignes vis est.
Mirandum in vasto quid magis (oro) maris.




Etoile herissée

EPIGRAMMATA.

66

Stella Echinata.

étoile, herissée



Stellarum genus haud unum res indicat esse,

Nam plures stellas sapè videre licet.

Sunt paruæ et magnæ, sunt leues, denique et hirtæ,

Sunt fuscæ, et flave corpore suntque rubrae.

In variis alia radios sunt undique fusæ,

Hicce carent aliæ, sequentes frequenter agunt.

Nam in stellis quasi luxurians Natura creandis


Lusit, et innumeræ addidit ipsa notas.

Hic tam feruida vis, atque ignea dicitur esse,


Vrant ut tactu in littore quicquid mest.

kk

De Sole.



Soleil

*Astra quidem verū sed habent fictū Aequora Solem,
Tres fuerint, Solem si quoq; Terra habeat.*



De Holothuriorum prima & secunda specie.

premiore & seconde especie de roquette de mer




*Si quisquam nullis Holothuria viderit horis
Dirigat huc oculos, si vacat, ille suos.*

kk ij

De Tethyis.


espece de coquillage de mer




*Tethya torminibus prosunt, Renum & vitiisq;
Succurrunt flatus hæc quoq; discutiunt.
Ergo si colico forsitan teneare dolore,
Auxilium, præsens esca, salubre feret.*



Mentula marina.



Altera *Mentulæ marinæ* species.




Quis credat nisi quis spectet sit mentula ponto?

Amborum hæc vera est (ne dubita) effigies.

kk ij


De eadem & de Penna marina.



Quis neget aquoreis extent quod Mentula in vndis?
Illarum vera hac cum siet effigies?
Nam flava, aut nigra, aut viridis quedam esse videtur,
An maris ex spuma mentula nata fuit?
Est et quae noctu nimia candore relucet
Quaeque etiam pennis alitis instar habet.




De Vua marina & Malo Insano.



*Vua marina semel vino permixta bibenti
Fertur magnum odium inducere posse meri.
Misceat ergo suo hanc mea si vicina marito,
Spero fore ut fiat vilius omne merum.
Quin eadem Malo insano est ad cuncta potestas,
Propterea uteris si lubet alterutro.*


De Cucumere marino.

Sorte de poisson à coquilles



*Haud dubiè Cucumer forma, atq; colore, marinus
Ipsum terrestrem sanè & odore, refert.*

De Pulmone marino.



*Si quis nulla & unquam Pulmonem & tate marinum
Viderit, hæc vera est illius effigies.
Artis quid tandem in Medicina conferet usum?
Vna hæc esse potest non modica utilitas.*

Profluvia egregie cinere & gra in parte ligato

Purgat, decocto communis lapidem.

Quin & fissuris tali medicatur eodem,

Quis nam illic tantas esse putasset opes?


Adde huc quod si aliquod lignum hoc pulmone fricitur.

Tanquam factum ardens illud ab igne putas.

II



De Eschara.




*Eschara cum valde exsiccat, fit commoda prauis
Hulceribus, carnemq; eliquat imposita.
Namq; superuacuum fuerit quodcumq; repurgat,
Humida desiccans ariditate sua.*

De Spongia, Martialis.


*Hæc tibi sorte datur tergendi Spongia mensis,
Utilis, expresso cum leuis imbre tumet.*

De Sparo stagni marini.



Plane est & quoreo Scaro videndus
 Salsi stagna maris Sparus frequentans
 Forma persimilis sua, licet sit,
 Carne hic mollior, insuauiorq.
 Respondet siquidem minus palata.
 Nam quicunq; habitant lacus, videntur
 Semper deterioris esse succi:
 Acceptiq; minus gula atq; ventri.
 Sic quo quisq; cibo salubriore
 Viuit, fit melioris hoc saporis.
 Hinc nostramq; facit magè ad salutem,
 Ergò tute tibi eliges marinos.
 Qui per ceruleas vagantur undas,
 Cænosaq; minus colunt paludes:
 Nam sunt (crede mihi) salubiores.
 Laudatumq; magis creare chimum
 In nobis poterunt, semel comesti:
 Quin & ventriculum magis iuuabunt.

De Cancro stagni marini.




Quid est quod asprum exhorreas
 Stagni maris Cancrum incolum?
 Putasne chelis quod suis
 Lædat? vel ingestus graui
 Noxa futurus sit tuo
 Ventriffferatq; huic nauseam,
 Tanquam nocivus? nil minus.
 Nam gratus in primis erit
 Ori palato esus: dehinc
 ventrem grauabit non tibi.
 Nil phtisicis & que utile est,
 Illos magis firmat nihil,
 Alitue pulmones cinis

Excul

Exculceratos adiuuat,
 Confirmat, una et recreat,
 Ex lacte caprillo recens
 Mulcto, liquore aut ptisanæ
 Potus: cruentorum canum
 Idem furentumq; omnium,
 Diris opem fert morsibus.
 Non conferes illi Astacos,
 Cancros marinos attamen,
 Et dulciorum fluminum,
 Ut saniores præferes.

De Verme stagni marihi.

ver marin.



Vermem in sedendis conserre doloribus, atq;
 Terrenis nusquam hunc cedere fama refert.
 Ergo prius tenui veniet purgandus arena,
 Inq; oleo leni deinde coquendus erit.
 Tum licet effectos tepidè vngere corporis artus,
 Inq; aures læsas imposuisse parum.

ll iij


*Nam si pars aliqua, aut doleat si forsitan auris,
Auxilium præsens te vel eunte feret.*


*Vane quid in propriis homo te admirare receptis,
Infima si tantum corpora posse vides?*

De eodem.

*Si vermes prosunt terreni, siq; marini,
Sauciāq; illorum membra leuantur ope:
Iam varios non incassum arbitrabere fatus,
Qualescunq; sient, (ut reor) eſſe ſatos.
Multag gerit Tellus animalia, plurima Nereus,
Quæ miris poſſunt auxilio eſſe modis.*

De Cochleis & Mytulis stagni.






*Cochleæ in falso Mytuliq; stagnis
Sæpè nascentur sed ubi aspra multa
Saxa sunt: lignis Mytuliq; inhærent
Sæpè vetustis.*

*Carne sunt molles, & ij coloris
Admodum flavi speciem emulantur:
Ast iis ipsis tamen ante pones
Tute marinas.*


*Sunt enim tanto meliore succo
Prædicti tantoq; salubriores
Eße censentur meliore, quanto in
Littore viuunt.*

De Chalcide.

carvellet poisson.


*Chalcides effigie forma vultūq; propinquant
Sardinis, nam sunt haud dubiè assimiles.
Conditi muria totum seruantur in annum,
Nec sunt insipidi ventriculōue graues.*

De altera Chalcide.Opp.

Dune autre espèce de carvellet

*Χαλκίδες ἐν θείοσι τε καὶ ἀβραμίδες φορέονται.
Αἴθροι, ἄλιο τε δὲ ἄλιον ἀλὸς πόρον ἡ τελεί πέπας
Η τελάγη, δολιχοῖς τούτοις ἐπεδραμον αἰγαλοῖς.
Chalcides et Trisæ simul Abramidésq; feruntur,
Sedibus et variis habitant, nam saxa frequentant,
Aut aquor medium, curua aut per littora currunt.*

De Cyprino.




Humidiore quidem carne & molli insipidaq;
Constatere hunc pescem nemo negare potest.
Non nihil & lento rishabet, præstantior ille
In puris semper qui ferè degit aquis.
Nam pisces omnes qui stagna lacusq; frequentant,
Semper plus succi deterioris habent.

mm



De Cyprino clauato siue Pigo.




*Pigus Cyprino forma effigiéq; propinquat,
Si clavos Squama dempseris è media.*

*Tantum in Verbenco capitur, Laryóq; palude,
Italiæ, nostros nec colit ille lacus.*

*Carne sua illi etiam par est, sed nomine differt
Pigus eo, succo quòd meliore siet.*



De Cyprino lato siue Bramä.




*Et molli & pingui carne excrementitiāq; est,
Ergo mihi nusquam Brama salubris erit.
Ast in craticula si quis tamen adferat aßam,
Aut crusta inclusam, non erit illa grauis.*

mm ij




De Cyprini mira specie.




*Si talem videas aliquando rete prehensum,
Inter Cyprinos annumerandus erit.*

De Ballero.



*Usq; adeò Bramæ effigie vultuq; propinquat
Ballerus, Bramæ ut nomine possit edi.
Non à Cyprino vita, vel moribus ipsis
Differt, Lugduni præda fit ista frequens*




Corporis effigie Cyprino hic pifcis habetur
Assimilis, necnon carne sua, at leuis est.
Vilis enim, molli cum sit substantia, habetur,
Propterea ad stomachum non facit ille meum.

mm iiij

De Tinca.

Tanche poisson deau douce




*Excrementitio succo, crasso atq; tenaci
 Tinca est, propterea non placet illa mihi.
 Lucius (et per hibent) lesum se vulnere, Tinca
 Africat, et mira tandem ope liber abit.
 Per medium secta, et carpo plantisq; quibusdam
 Attulit admota in febre frequenter opem.*



De Carpione.


carpe, poisson du lac de gardes different de la carpe ordinai-^{re}



*Carpio Salmonem & Truttam honestate videtur
Ingeniti succi & carne referre sua.*

De Salmone Lemani lacus siue Vmbla.


Saumon poisson du lac de geneve



*Carne quidem hic pisces sicca, dura atq; suavi est,
Truttis internis partibus assimilis.*

De altero Salmonē Lemani lacus siue Vmbla altera.

Dautse specie de saumon du lac de genêve



Præscripto hic etiam est similis, nam & dicitur umbla,


Dictus enim hoc piscis nomine & terq; fuit.

Sicca illi est & dura caro, Truttaq; paratur

In morem, & capiti gloria rara suo est.




De Trutta.


Truite poisson

*Effigiem Truttae veram si forte laboras
 Noſe, oculis pateat picta figura tuis.
 Cuius si vitam speſtes, ſi deniq; mores,
 Salmoni certe perſimilem eſſe feres.
 Quin veluti fluuij Salmo eſt, lentaq; paludis:
 Lugduni qualement ſapius eſſe licet.*

nn




De Lauareto.



*Carne Lauaretus molli est, alba atq; suaui,
Et bene sat nutrit succi idèò ille boni est.*

De Pisce Lemani lacus Bezola dicto.




*Bezola, sic vulgo fertur, bonitate priori
Cedit, ut est multò & mollior, & leuior.*

De Alio pisce proprio Lemani lacus.



*Alba quidam carne hic piscis, multumq_b suavi est,
Nec Trutti cedit carnibus usq_b suis.*


De Lota.




*Tota caro Lotae in precio est, valdeq_b probatur,
Eiusdémq_b bonum dicitur esse iecur.*

*Nam tantum oua nocent, turbantq_b frequentius alunur
Oua velut Barbi, ventriculumq_b mouent.*


De Barbota vulgo dicta.



*Lot& barbota accedit, sed lenior h&c est,
Nimirum mucco vescitur atq^B luto.
Est h&c t̄ Lot& species, h&parq^B probatur
Eiusdem, estq^B ingens illud idemq^B bonum.*




De Salmonе.



Salmonis tenera vnaq; friabilis,
 Pradulcisq; caro est, vjsq; adeo vt citò
 Ingesta exfaciet præcipue t) caput,
 Et partes aliæ, quæ stomacho adiacent,
 Si coctas etenim sola in aqua ingeras,
 Replent ventriculum, magnaq; nausea
 Crebrò consequitur, propterea expedit
 Asso in craticula, cinnamati addere
 Moschatæq; aliquid, vel caryophyli.
 In Rheno vniunt sapienti optimi,
 Præcelluntq; alios, deteriore enim
 Succo Anterpiæ eos eſe fatebore,
 Si illic eſe licet, quos ea protulit.


Quòd vicinia (opinor) maris accidit.
 Horum tute oculis felle medeberis
 Suffusis, & ijs si nocuæ adsient
 Ad natæ maculæ pure quoq; auribus
 Obsessis aliquo sàpè salubriter
 Per sesæ illinitur, nam vitium eximit.
 Pinguedoq; dolorem excutit aurium
 Ambarum vñcta recens, idq; frequentius
 Si factum fuerit. carne salita adhæc
 verum vñta, in capitib; nos vitiis, malis
 Nimirum hulceribus, si fluida, vñtimur.

De Vmbra fluuiatili.



Terra & aqua, fuluo simul auro vñscitur Vmbra,
 Fit magni à multis propterea precij.
 Quippe huic alba caro, Truttarum more vñdenda est
 Firma suo stomachum quæq; sapore iuuet.


De Attilo.



Carne parum suavi Attilus est, molliq; loco Hyccæ
Nonnulli hunc mandunt, suauior Hycca tamen.
Padus eum tanta molis producit, ut aequet
Aut superet libras corpore mille suo.




De Galeo Rhodio.



*Huic caro durior est pisci, resipitq; ferinum
Nescio quid, quò fit grata sit esa minus.
Hicq; sua referat quamuis Acipenser a forma,
Eße tamen Vulpem lingua vel ipsa docet.*



De Exosse pisce & Ichthyocolla.



Carne hic prædulci est pisces, lenta atq; tenaci,
Conditur sale fitq; hinc ideo melior.
Ex eius fieri pinnis, cauda, corioq;
Coctura gluten, visceribusq; potest.


oo





Nunc pecus & quoreum celebrabere magne Silure,
 Quem velut Acteo perductum tergora oliuo
 Amnicolam Delphina reor: sic per freta magnum
 Laberis, & longi vix corporis agmina soluis,
 Aut brevibus defensa vadis, aut fluminis vlnis,
 Aut cum tranquillos moliris in amne meatus.
 Te virides ripæ, te cœrula turba natantum,
 Te liquida mirantur aquæ: diffunditur alueo
 Aestus, & extremi procurrunt agmine fluctus.


De Glanide.



Glanis et insuauicarne est, et dura, ideoq;
Hunc piscatorum temnere turba solet.
Illum namq; capi nullo sine turbine venti,
Sic tempestatem Glanida ferre putant.

oo ij


De Borysthenis Antaceo:



Si in nullis vñquam hunc innantem videris vndiu,
Forma est hæc oculis subiicienda tuis.
Prome caput, reliquo calato corpore toto,
Auguror, hoc piscis non caput eſſe feres.




De Thymo.



*Iste Thymus piscis redolat, num vescitur illo?
Nutrit cum liquidis sapè Ticinus aqua.*

oo iy

De Lucio.



*Lucius obscuris vvitam qui degit in vndis
Peior eo in puris qui ferè degit aquis.*


*Nanq; mali succi est, qui stagna, lacusq; frequentat,
At qui pura subit sèpè fluenta vales.*

A V S O N I V S.

*Lucius obscuras vlua, cænoq; lacunas
Obsidet, hic nullos mensarum lectus ad vsus
Feruet fumosis olido nidore popinis*




De Cephalo fluuiatili.




Innumeris Capito fartim congestus aristis
Carne est quod ceno vescitur insipida.
Efficitur sale conditus se gratior uno,
Tumq[ue] parum Cephalo distat ab aquoreo.

A V S O N I V S.

Squameus herbosas Capito inter lucet arenas,
Viscere pre tenero fartim congestus aristis.




De vtroque Leucisco.



Carne quidem molli constat Leuciscus & vda,
 Hinc alit illa parum cum citò sumpta fluat.
 Ast alter molli & succosa, & carne suau
 Non caret, hinc stomacho est & utilis atq; gula.
 Eius pingue aures lenit quascunq; dolentes,
 Claraq; permixto lumina felle facit.


De Mugilis fluuiatilis specie.



Leucisco hi quoq; succedunt forma effigie^{q;},
Amborum, ecce, tibi vera figura patet.
Sapè Araris placidis versatur uterq; sub vndis.
Appositus nobis sapè et uterq; fuit.

pp






Sepè per obliqui fauces vexate Saraui,
 Qua bis terna fremunt scopulosis ostia pilis,
 Cum defluxisti fam & melioris in amnem,
 Liberior laxos exerces Barbe natatus,
 Tu melior peiore &uo, tibi contigit vni
 Spirantum ex numero non illaudata senectus.

De eodem.


Carne quidem molli Barbo est, minimèq; sapore
 Insuaui, illa licet plus satis vda siet.
 Non pituitosis erit ergò accommodus esu,
 Picrocholis potius conferet iste cibus.
 Quin huius licet esse quidem at non omnibus oua,
 Quippe aluum turbant, ventriculūmq; mihi.

De Oxyrynchis piscibus.



*Effigie huic similes pisces si videris unquam,
Sphyrenas illos iure vocare queas.*


De Eperlano.



*Piscis Eperlanus vulgari nomine dictus,
Et molli carne est, & violam resipit.
Gemmas quas dicunt perlas, nitido usq[ue] colore
Mentitur, galli hunc sic meritò ergò vocant.*

pp. 4

De Perca.




*Piscibus ipsa licet non parcat Perca, videtur
Attamen à πέρκη nomine dicta mihi.*

Ausonius.

*Non te Delicias mensarum Perca filebo,
Amnigeros inter pisces dignande marinis,
Solus puniceis facilis contendere Mullis,
Namq[ue]t gustus iners, solidæq[ue] in corpore partes,
Segmentis coeunt, sed disociantur aristis.*

De Anguillis.



*Phlegmaticis epulum minimè est Anguilla salubre,
 Huic lento ris enim copia, alitq; nimis.
 Fit melior transfixa veru, móxq; ignibus affa,
 Ut fit enim aridior, sic mage grata gulæ.*

LIPPIVS.

*Sapè puer ludens vasti propè littora ponti
 Decipit Anguillas, longa intestina sub unda
 Coniuciens, hamis etis aquata videres,
 Ut videt, utq; ruit, longa intestina petentem*

pp iii Arridit.

*Arripit, atq; citò sensit tumefacta perire.
Namq; puer sufflans, anima intestina repleuit,
Et subito ventus densus percurrit in ora
Anguilla, & pueri flatu tumefacta laborat,
Et vento arctatur, strustraq; euadere tentat,
Inflatam penitus, & toto pectore anhelam,
Spiritus educit pueriludentis in altum.*




De Lampetra parua & fluviatili.



Cum excrementicia, & molli carne, atq; tenaci
Lampetra sit, cur plus nunc satis illa placet?
Coeno etenim vivit, Limo gaudetq; palustri,
Illi hæc cum multis vermis esca placet.






De Cotto.



*Cottus carne quidem molli, pariterq; suavi est,
Ille igitur nobis non renuendus erit.
Si caput ipsius spectes, si cætera, tali
Permultum cerebri in pisco subesse feres.*




De Cobite fluuiatili & aculeata & Barbaṭula.



Fluminum ripis tenuis leuisq;
 Cobites p̄scis, liquidisq; in vndis
 Vicitans: vdam satis & tenacem
 Obtinet carnem, precijq; parui est.
 Altera at vero asperior, minusq;
 Grata censetur, Reliqua vt pusilla est,
 Sic quoq; exili precio estimatur,
 Cobitum sic tres species habentur.


De Phoxinis.



Corpo cœruleo Phoxinos eſe putares,
Si videas, nam tantummodo cauda rubet.
Ventre gerunt ſimul ac nati ſunt oua, nec vllum
Tam paruum inuenias qui ſine iſſe ſiet.



De Pisciculo Vario.




Pisciculus carne hic molli est, modicèq; suavi,
Nomināq; à vario sumpta colore gerit.
Sanguinerollam alij, quidam dixerunt Morellam,
Veronem plures, ut sua cuiq; placent.
Vt lubet appella, non sunt mihi nomina tanti,
In primis res sit dummodo nota tibi.


qq ij




De Pisciculis aculeatis.



*Effigie Percas referunt è corpore spinis
 Exemptis, quid ius spicula acuta valent?
 Copia fluminibus magna in plerisq; videtur,
 Piscibus hæc ergo est præda parata feris.*



De Gobione fluuiatili.




Cadauerum carne & luto & viuunt aqua,
 Riuos colentes Gobiones paruuli,
 Obidq; nonnunquam saporis sunt mali,
 Quanquam affatim molles suis sint carnibus
 De eodem Aufon.

Nobis flumineos inter memorabere cœtus,
 Gobio, non maior geminis sine pollice palmis,
 Præpinguis, teres, ou para congestior alua,
 Propexiq; iubas imitatus Gobio Barbi.

qq iij




De aspero pisciculo.



*Auro hic p̄sciculus v̄iuit, nāq; haurit arenas,
In quēis quēdam auri semnia s̄p̄e latent.*


De Alburno.



*Carne parum pingui Alburni, & molli esse videntur
Felle carent, pueris præda fit ista frequens.
Cum paoco à multis hodie manduntur aceto,
Sed modicum hortensis nos apij adiicimus.*




De Cancto fluuiatili.



Sat bene Cancer alit qui curua fluentia frequentat,
Humectatq; etiam corpora nostra satis.
Si partes igitur solidæ sunt febre prehensæ,
Cuiusquam, magno est hic satis auxilio.
Vi quadam valet occulta, canis ietibus atris
Fert magnam quamuis sit rabiosus opem.
Seu per se cinerem sumas, seu pane suillo,
Et thure immixtis, intrepido ore voras.


*Aeschrion vrebat viuos, cinerémq; parabat,
 Antidotum veram cum ratioue datum.
 Arida vis illi, cum præscriptisq; vigorem
 Acquirit, quis opes has neget esse deūm?*

De Astaco fluuiatili.



*Astacus & molli carne est, & deniq; suavi
 Preditus hincq; ideo per facile excoquitur:
 In capite ipsius si quis lapis inueniatur,
 Discito quod Renum comminuat lapidem.*

De Astaco paruo.




*Huic corpus rubrum est & ni dum vivit, habetq;
Præstantes carnes, vel bonitate sua.*

*Quippe Elephantum ipsum superat, vincitq; Locustam,
Astacus hinc propria laude ferendus erit.*

rr




De Squilla fluuiatili & Cicada & Libella.



Ecce tibi Squilla hic veraq_z Cicada figura
 Pinguntur, geminis iuncta Libellā quoq_z est.
 Has aliquis forsan certos reuocārit in usus
 Nos illas nondum nouimus eſe aliquid.



De Musculis aquæ dulcis.



Carne concoctu haud facili maliq;
Musculi succi perhibentur esse,
Quò fit ut febres generent frequenter,
Affatim utenti, sinito ergò abire hos.

rr ij



De Cochleis fluuiatilibus.



*Cochleas paruas fluuij atq; riui
 Plurimas gignunt, similes figura his
 Scipio quas vel sibi, Leliūsq;
 Sepè legerunt, veluti otiosi.
 Nanq; dum ad riuos salientis vnde,
 Ambulant lente, velut expediti
 Acribus curis, tenues lapillos,
 Cochleas gemmasq; legunt intentes:
 Atq; de Naturæ opibus loquuntur.
 Rebus ut paruis etiam atq; honestis
 Seq;, defessosq; animos relaxent.
 Non enim semper pharetratus arcum.
 Tendit in Ceruos, Lepore sue Apollo.*



De Ranis.


grenouilles



Ranarum alba caro est sed durior esa recens, proin
 Afferuata magis se tenera efficitur.
 His confert quibus est phtisis quibus hectica noxa,
 Nec Testudo aliter sumpta iuuare solet.
 Ex sale & ex oleo cocte, si forsitan edantur,
 Insue assumatur prò antidoto esse queunt.
 Vis illis siquidem serpentum in cuncta venena,
 Quin cum melle cinis tollit Alopecias.
 Ille idem quoniam euasit succissimus igni,
 Compescit sanguen nare ab utraq fluens.


rr iii

De Rana palustri & Rubeta.




*Bufonis toruum hic vultum, aut pinxiisse Rubetam
Quid prodest si sit notus uterq; satis?
Contrà horum virus vomere expedit, atq; Cyperi
In vino dragmas exhibuisse duas.*

De Serpente VERGIL.




Est malus, estq; ferox Calabris in saltibus Anguis,
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atq; notis longam maculosus grandibus aluum,
Qui dum amnes vlli rumpuntur montibus, & dum
Vere madent vdo terra, & pluuialibus austris,
Stagna colit, ripisq; habitans, hic piscibus atram
Improbis ingluuiem, Ranisq; locacibus implet.



De Testudinē lutaria.


*His confert quibus est phtisis, quibus hectica noxa,
Testudo: siquidem sumpta & alenter alit.
Cunq; etiam illius sanguis sit frigidus actu,
In phtisi haud dubie praesidio haustus erit.*

De Salamandra aquatili.




Serpentum ritu fontes, & stagna frequentat,
Corporis atq[ue] aliqua parte venena gerit.
Exili quamvis igitur Salamandra sit ipsa
Corpo[re], sapè potest ipsa nocere tamen.
Vtimur ad lepras illa ut vera Salamandra,
Sed nostræ haud dubie, vis minor omnis inest.
Hanc male pro Scinco quidam usurpare suerunt,
Psylotris potius mista sit ipsa suis.

ss



De Scinco.



Ad Venerem Scinci partes stimulare feruntur

Esa, sub Renum quæ regione manent.

*Præstat idem rostrum atq; pedes, cum semine Rutæ,
Et Myrrha, inq; viris sàpè medela fuit.*

Poße in virosas mortalia tela sagittas

Appelles scripsit, si subito ingeritur.

Tu verò pondus dragmæ ne excesseris unquam,

Credit enim id magno Sestius eße malo.

De eodem.

Quæ circa Renum sunt Scinci in corpore partes,

Creduntur castis semper obesse choris.

Nam potæ è vino Venerem stimulare feruntur,


Quantumuis etiam languida membra sient.

Ebbitur contrà Lactuæ semen habetq;

Reprimere affectus, mage Cupido, tuos.

De Crocodilo.

Crocodile ; on en voit beaucoup dans le Nil




*Instantem fugit hæc fera, prosequiturq; fugacem,
Et sèpè horrifico deuorat ore canes.*


*Hinc cui sim Nili lambunt auido ore liquarem
Et saluos faciunt se leuitate pedum.*

*In terris agit illa dies, noctésq; sub vndis,
Sic æquè Terra est, atq; molesta Mari.*

ss ij



De Cordylo.



*Cordylus effigie hic talis depingitur ipsa,
 Qualis tamen in terris, tamen fere degit aquis.
 Inter quadrupedes rimam unam siue foramen
 Post oris rectum (Respice) solus habet.
 De eodem.*

*Vis predatorum est ingens ubi cuncta locorum,
 Hinc minus est tutum sapè abiisse foras,
 Per maria et terras etenim, perque aera late
 Visuntur: nec ea est heu nota sola feris.
 Accipitrum per inane genus grastatur, in vndis
 Innumeri pisces innumeraque ferae
 Terra malis vero patet omnibus haudque videtur:
 Sufficere è vasto præda petita mari.*

De Castore.

Castor

Ancipitus & vita Castor nunc vivit in vndis,
Nunc spretis terras ille frequentat aquis.
Sepe ergo horrificis erosa dentibus Orno
Exfaciat ventrem fronde, repletq; suum.

ss iij

Haudq; suos testes prædam sua terga sequentūm
Abiicit, eſſe ſibi hiſ quando videtur opus.

Castoreum dicunt, quod nunc ut cedit in uſuſ,
Sic fuit antiquis ꝑap̄mox hocce frequens.

Afflictis confert neruis, choriōnq; relictum
A' partu educit, menstrua idēm q; mouet.

De eodem.

In Medicina ingens cenſetur Castoris uſuſ,

Nanq; potest omni ex parte iuuare ſui.

Ergo tegi articulos fibrina pelle, podagræ

Quidam dixerunt eſſe ſalutiferum.

Obſiſtit mirè diris urina uenenis,

Et vera illorum creditur Antidotus.

Suffuſis oculis molli medicabere felle,

Felle ſtatimq; aliquam ſentiet aeger opem.

Illud idem Venerem credunt ſtimulari eſopitam,

Et nox& eſſe tuo, caſta Diana, gregi.

Quin etiam eiusdem plerunq; coagula proſunt

Illis, qui laſa mente animoq; cadunt.

Quoſq; in diuersis Epilepsia diſtrahit horis,

Hac etenim eſt multis prompta medela malis.

In morbis testes à frigiditate profectis

Proſunt: inq; illis quoſ parit humiditas.

Ictibus obſiſtunt dirarum ſep̄ ferarum,

Omniaq; aduersum mixta uenena valent.

Quoſ paralifis habet pleriq; iuuantur ab illis,

Tam fuit in multis hæc medicina potens.
 Quin & conuulsis prodest si pondere dragmæ
 Aegris è mulso: castoreum exhibeas.
 Deforis illud item ex oleo si forsan inungas
 Conferet, ut lassis grata medela locis.
 In summa additur errhinis, fitq; utile inunctum
 Infestet miserum sibi puita caput.
 Foc uno innumerisq; alijs nos possumus uti,
 Quæ maria, & fluëtus, stagna lacusq; ferunt.
 Quæq; parens rerum latè Natura profudit,
 Næ sua gens, prompta desereretur ope.
 Sed tu ne pecces Medicis uteris amicis,
 Perspectas tibi res non satis esse putans.
 Noxa etenim plerunq; latet medicamine in ipso:
 Ni fuerit certa cum ratione datum.
 Causa mali varia hinc dispar, medicaminis utus,
 In morbis: aliis sunt alia apta malis.
 Nec modus omnibus est idem seruandus ubiq;
 Nec mensura, malo cuiq; medela sua est.
 At leuibus per te poteris mediocriter uti
 Si lubet, illa modo nil nocuisse queant.
 Ergo diu ut valeas, & longo tempore dures:
 Sint nostra in memori hæc scripta reposta sinu.

F I N I S.

Boniface Auguñon, d'struk

JACOBI SECVRIVAGI BELGAE
Hendecasyllabi.

Franciscus sapit ille Bouffuetus,
Qui Phœbum colit, & chorum sororum,
Musas quas celebres vocant Poëæ:
Quarum numine fretus & diserè,
Ei doctè canit: ut licet videre
His in codicibus lepore tinctis:
Quos lector studiosus & requirat.
Et crebro legat: Isq; tunc probabit
Hoc Authoris opus laboriosum,
Multis utile quod sit & futurum,
Cum sint plurima digna lectione,
Quæ vates canit ille Bouffuetus.

JOAN. TURNELLIVS IN AV-
thoris commendationem,

Artis Apollineæ præcepta salubria postquam
Docto Bouffeti carmine Musa dedit:
Estq; secuia malis magnum Pæana medendo.
Atque arte innumeræ traxit ab Orco animas.
Ipſa suo dixit vati, tu Heliōna ſubitò,
Adférque ex altis optima quæq; iugis.
Inuenio herbarum quouis genere ergo virenum,
Adscripsit vires ille quib; ſisque juas.
Nec contentus ijs fulcat maris antra profundā,
Adférque innumeræ inde regressus opes.
Illareuertenti, Musæ hæc tibi dona rependunt,
E Lauro capiti ſeria gerenda tuo.



O H
ariette

Angot

A Monsieur

Monsieur Mourreau

De Paris

Bene

Bene





